535. G. Ἀνικμώμενα] Lex. Sangerm. apud D. R.
 ad Hesych.

P. 210. Φελλέως]—scribendum δυσεργής—D. R. ad
 Tim. 269.

P. 221. Κλήρον]—ταύτην καὶ Ἐπιπταρατίδα—ad
 Tim. 209. Quorsum vero λεπτοὶ διεσμυλευμένοι τέ
 φροντίδες; ex iis saltem colligamus ne codices quidem
 praestantissimos omni labe vacare; “ nec aurum sine
 sordibus in metallis:” pessimorum etiam quisquiliis
 secerni debere; et ὀρθοτατίας doctrinam, cujus Sie-
 benkesius praecipue fuit peritus, si utilitate metiri
 velis, in vetustis membranis pervolutandis plurimum
 valere.

P. 256. Αὐτοσχεδιάζοντα.] “ Frequens verbum apud
 Platonem cuius loca Piersonus ad Moerid. Attic. p.
 46. indicavit. Phaedro p. 340. F. γελοῖος ἔσμαι παρ'
 ἀγαθὸν ποιητὴν” — Qui in libris ligandis quaestum
 multo uberrimum faciunt, hoc, quantumcunque
 sit, nobis invidere solent!—Audi nunc “ discipulo-
 rum R. optimum:” —“ Ceterum his tantis de Platonis
 interpretatione meritis cumulum etiam adjiciet edendo
 Platonis Scholiasta inedito, cuius Contextus jam totus,
 Commentarius

Commentarius magnam partem, *typis expressus est**.”
Cur viros de te quidem optime meritos, *Wytttenbachii*
doctissime, falsa spe eneas?

Phil. Guil. van Heusde *Specimen Criticum in
Platonem. Accedit D. Wytttenbachii epistola ad
auctorem. Item collationes Codicum MSS. Plato-
nis, cum a D. RUHNKENIO confectae, tum aliae
Lugduni-Batavorum, typis Honkoopianis 1803. 8.
pagg. 172.*

RUHNKENIUS *apud Wytttenbach. Bibl. in Cr. xi,
pp. xxi, xxxv. 14, 64, 130, 8. 56, 75, 77.—“ Et
quam nostris, eandem aliorum, maxime Ruhn-
kenii, dictatis editionem destinavimus: quae nunc
mendosa in multorum manibus jactantur, et, ut res
nullius, a primo quoque occupantur.”—Ecquis non
exoptavit Wytttenbachium emendationes Ruhnkenii
ad Longini Art. Rhet., Corn. Nepotem, et novas ad
Velleium in publicum deprompturum! Annos abhinc
plus minus triginta eruditos certiores fecit Heynius †
Ruhnkenium nostrum “paratam habere dissertatio-
nem de antiquis Virgilii commentatoribus;” quam ut
ab interitu vendicaret W., per Ruhnkenii manes
rogamus, precamur, obtestamur.—Lacrozio nuncia-
vit Burmannus “a Cl. BENTLEIO animadversio-
nes in notas suas Ovidianas parari †;” quae, si rite
audita recordor, cum scholiis in Homerum ἀνεκδοτοῖς,
et aliis maximi pretii scriniis perierunt, “ut ipse
aegre vitam servavit §.” *Di meliora R. laetae illi**

* *Bibl. Crit. x. 110.*

† *Addend. ad Virg. Aen. iv. 240. Cf. RUHNKEN. apud
Koën. in praef. ad Greg. ix. ad H. in Cer. 450. Ep. Cr. ii. 198.
204, 9 16, etc.*

‡ *Theor. com. ep. Lacroz. ii. 225.*

§ *Ibid. p. 257.*

supellectili! E curis posterioribus in *Ciceronis Tusculanas*, quas praeclare inchoaverat BENTLEIUS, perpauca e flammis ereptas nuper in lucem protulit, novum Graecarum literarum lumen, *Gaisfordius meus*, *Ædis Christi* apud Oxonienses alumnus.— Mecum equidem in animo reputans juvenes illos praestantes, *Dobraeum*, *Burneiumque* natu minimum in hisce potissimum literis aetatem ducentes, quidni aliquam saltem maelioris aevi spem priscae eruditionis studio, sine honore, sine praemio jacenti, tandem aliquando affulgentem laetus praedicarem? Non clam te est, Lector benigne, quam afflicta olim, et aegre admodum caput exserens Musa Attica haud injuria quereretur: "Ω μητρός ἐμῆς σέβας, ὃ πάντων Αἰθῆρ κοινὸν φάος εἰλίσσων, Ἐσορᾶς μ', ὡς ἔκδικα πάσχω. Hac vero tempestate juvenum eruditorum feraci, ex Athenarum θαλλοῦ planta quercui immissa altos hac terra radices agat, et, rivulis ex hoc saeculo diductis, qui illam alerent, et foverent, ingens *Exeat ad coelum ramis felicibus arbos, Mireturque novas frondes, et non sua poma.*

Sed manum de tabula. Monumentis hisce **RUHNKENIANAE** eruditionis recensendis praefatione defungemur, ne aliquid sordium ad illius sacraria adferamus. Superest ut hanc collectionem in tutela virorum, in eodem laudis genere sociorum, summo studio summaque reverentia reponamus. Si meam in hac re opellam *summe Reverendo Episcopo Londiniensi*, mihi nunquam satis colendo, approbare possim;—si apud **BURNEIUM**, **RAINIUM**que, in quos adolescentiam nostram feliciter regentes literae Graecae inclinatae recumbunt, gratiam me initurum sperem;—si **PARRIO**,
viro

viro gravissimo, omni doctrina ornatissimo, et antiquae venustatis vindici acerrimo, hoc, qualecunque sit, haud inutile videatur;—si *Nairesio*, viro humanissimo, et mihi ob beneficiorum praestantiam devinctissimo, aliquid voluptatis praebeat;—si COLLEGIUM, cui sanctissimis pietatis vinculis me obstrictum esse gratus profiteor, conatus pertenues haud aspernetur;—et TU, *Graiae Gentis decus*, tractatus prodeuntes lumine benigno aspicias;—*ecquis me hodie viveret fortunatior?* “Clamorem vagum, et voces inanes, et gaudium volucre” nihili habebō; illum etiam, qui sibi ad homunculum indecoro antiquitatis pulvere sordidum infra infimos detrudendum pro virili enitendum putavit, gratus suspiciam, illum dominandi libidine anhelantem impavidus intuebor:

Ἴσα Διὲ βρομῆει, κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχίνας ἴσχει,
 Καίπερ ἴων ὀλίγος, μυᾶται δ' εὐπηχυν Ἀθήνῃ·
 Ἡὲ τιν' ἀτραπτὸν τεκμαίρεται Οὐλυμπόνδε.
 Ὡσπερ μετ' ἀθανάτοισιν ἀριθμῖος εἰλαπινάζει.

THOMAS KIDD.

CORRIGENDA.

- P. iii. l. 2. FAUTORIBUS ATQUE—l. 5. MONIMENTA
 v. l. 3. vir impigerrimus bibliopola, l. ult. aut
 vii. l. 3. SALMASIUS, l. 5. indies nascentis l. 6. in humanitatis et honoris spatiis fortiter certarunt, suo quodam ardore incitati, suis ingenii motibus abrepti. l. 10. “Nulla—defitiscat:” l. 22. Dotes animi praeclaræ l. 23. del. suae l. 26. procreatus, l. 29. post V., adde, lucidum coeli literarii decus,
 viii. l. 20. abiisti, l. 25. del. motus, l. 23. post videre insere, mihi

- P. xxii. l. 8. Quisnam luculentius l. 29. *post* iaclytum, *insere*,
EDVARDUM GIBBON, l. 30. hortulos suos
- xxiii. l. 9. mira comitate
- xxiv. l. 1. et summa animi benignitate l. 23. * Praefatio
- xxvii. l. 9. *Rhetori*
- xxviii. l. 8. * Dissertatio
- xxix. l. 5. sententiamque
- xxxii. l. 15. tutantur; l. 24. σπειδανός *Ibid. dele, ἀγαλμητόν ἀδάτ-
κελον ἀδιστονον*
- xxxix. l. 33. παυλίας (i. e. παυλία).
- xliii. l. 7. *corr. emendaverat post* l. 30. *insere*, P. 155, l. pro
“iv.” l. “vi.” P. 157, l. 12. pro “663.” *corr.*
“652.” P. 235, l. 1. 21. *corr. σταθερόν.* P. 256,
2. l. antepenult, pro “124.” l. “424.” P. 269,
1. l. 11. pro “85.” *revoca ex ed. pr. “35.”* P.
277, l. 1. 10. “pro “976.” l. “676.” P. 279, 2.
l. 9. Vide Schol. ad Plat. 27. “*Recte statuit*
Bentleius in Menandri (p. 70.) μίλι semper
scribendum esse δισυλλαβῶς.” PORS. ad Toup.
p. 497. addend. ad Hec. p. 85.
- xliv. l. 17. ενόταρε l. 28. Marc. 189. l. 29. *ὅτι* id. Cod. *ibid.*
Codd.
- xlvi. l. 2. Codd. l. 3. id. Cod. l. 22. *δίκοσι ὅτι φύσει* Codd.
MSS. l. 32. Marc. 189.—*καρκίον*
- xlvii. l. 6. —*ἐπὶ τῶν προσιμένων—δὲ αὐτῶν—ἐν Νόμῳ ἔκτω—*Codd.
l. 14. Codd. Marc. 186. et Angel. *Εὐχηθῶ* alt.
Marc. 18.—*ἀλεθείας S.]—συγ.—Post* l. 21. *insere*,
R. 23. l. 6. “MSS. fluctuant inter *ὑεικὸν ὑϊκὸν, et*
ὑειοι.” D. R. ad Tim. 262. l. 23. *ὑπερηφανῆν—Βά-
ραυσον—*
- xlviii. l. 7. *καλ’ αἰθ.—ἔφη νίκα ἄττ’ ὑμεῖς—*Codd. MSS. l. 13. *μα-
λίστροι* l. 14. R. 40—S. 49. *εἰκὼν εὖν συνέχουσι*
θαῖς—

Semel monuisse libet chalcographum, *praefationibus ad Schelleri*
Lexicon, jurisconsultorum commentarios, necnon orationibus et
dissertatione de Antiphonte, recusis, ut, quod reliquum sit
hujus collectionis, magis nitidum exiret, *alacrem et promptum*
typis aliis suum prelum instruxisse.

Cum juvenilia, quae novam editionem *efflagitare* videbantur, ty-
pographo secundum ordinem rite tradere haud liceret; parti-
culam unamquamque, non secus ac *secundum* luce donatam,
paginis distingere constitui.

AUCTARIUM

Nemo forsan mihi irasceretur, si auctarii loco curas TYRWHITTI literarias leviter attigero.

Quaecunque PEARSONUS et HEMSTERHUSIUS elucubrarunt, alibi indicare conabor; memoriam autem RICARDI BENTLEII pie inviolateque servans in ejus laudatione per intervalla operam oleumque perdo! Insurrexit profecto homo suavis, qui hujus lauros affare, ab eruditorum, credo, oculis caliginem auferre, et, *pretium mentis*, gratissimum errorem adimere minitetur! fremit iste desaeviens καὶ βρωσθήσει ποτ' Αθηναίους οἷα διδάσκεις τοὺς ἀνοήτους—
“sed quis ego sum? aut quae in me est facultas?”

An epistle to Florio at Oxford; 1749.

Translations in verse. Mr. Pope's Messiah, Mr. Philip's Splendid Shilling, into Latin: the eight Isthmian Ode of Pindar, into English; 4°, 1752.

Appendix ad Musgravii exercitationes in Euripidem; 8. pp. 133—176. Schediasma certe quantitatis pretii; in quo acervatim nihil congestum, aut male cohaerens vides; sed omnia aut ad succincte emendandum, aut ad eleganter explicandum unice se conferunt.

Observations and conjectures upon some passages of Shakespeare; 8. pp. 64. Oxf. 1766.

Proceedings and debates in the House of Commons in 1620, and 1621, from the original MS. in the Library of Queen's College, Oxford, with an Appendix; 2 voll. 8. Oxf. 1766.

The

The manner of holding Parliaments in England; by Henry Elsynge, Cler. Parl. corrected and enlarged from the author's original MS. 8. London, 1768.

Inscriptionem Graecam Corbrigiae effossam singulari quadam ἀρχαιοία restituit T. 1769—1772 [Archaeol. iii, 184. 324. 332]. In vestigiis literarum indagandis satis superque sudatum est. Ut a primario viro ordiar, *Stukleius*¹ Anglice vertendo rem miro modo omnibus planam fecit: “*Marcus Esorast, the son of Acherm, dedicates this altar to Astarte.*” *Pettingallus*², cujus nutu residebat auctoritas, alia via sanitatem lapidi reddere aggressus est: primum, quae enim in medio verbi intercidissent, nil moratur, legendum ΑΣΤΗΣ, i. e. *aliquis ex prima aut secunda ala Astorum*, qui tunc temporis ad lineam valli castra posuerant: deinde, ΒΩΜΟΝ ΜΕΣΟΡ pro μισορίον, i. e. *aram terminalem in finibus agrorum regundis usitatam*; postremo, in ΑΣΤΟΥ ΧΑΡΝ—*memoriam Asti F.*, seu potius *cujusdam commilitonis*, subtilius quaesivit; cum enim T in A. iterasset, eradere noluit lapicida, et pro ΧΑΡΝ ΧΕΡΝ, substituit parum fideliter! λ quoque interposita est tentamen artificis χ inchoantis, quod postea abjecerat. O praeclaram sapientiam! Equidem harum emendationum laudem tibi, cultissime Pettingalle, *non invidua, miror magis*—*Addaeus*³, vir eruditus, adminicula adhibuit, quibus inscriptio neutiquam indigebat:

¹ Hist. numism. Carausii, p. 160.

² Archaeol. ii, 92—97

³ Ibid. 98, 9.

ΑΣΤΑΡΤΗ (i. e. ΤΗι)
 ΒΩΜΟΝΜ
 ΕΣΟΡΑΟΝ
 Τ. ΙΟΥΛΓΕΡΜανικος
 ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Utinam versus complendi consilium conjecturae plus aequo curiosae haud diremissent. Quorsum haec? ut intelligant isti, qui omnia ambitiose festinando perturbant, quanti sit sobria et subacta magistri prudentia, qui epigraphen heroicis numeris absolutam CUNCTANDO restituit:

ΑΣΤΑΡΤΗΣ ΒΩΜΟΝ Μ' ΕΣΟΡΑΣ' ΠΟΥΛΧΕΡ Μ'
 ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

Hac lectione ad lapidis apices exacta, cum latus utrumque, tum transversae virgulae dudum praetermissae apparent vestigia, quae resarsit TYRWHITTUS, et rem plane extra omnem controversiam posuit. Cum hac mutatione crebro actum est praecclare: vide BENTL. *ad Callim. Fr. xi. ad Marmor. Bosporan.* v. 5. VALCK. *ad Herodot.* 276, 37. TYR. *ad Toup.* l. 96. PORS. *ad Eur. Ph.* 1277, 8. et apud amicissimum *Beloe* in *Anecd. lit.* i, 96.

Observations on the Greek inscriptions upon three ancient marbles; July 9. 1772. Archaeol. iii. p. 230—235. 1775.

Fragmenta duo Plutarchi; ex cod. MS. Harleiano: 8. pp. 16. Lond. 1773.

The Canterbury Tales, 4 voll. 8. 1773.

* Quae major indignitas esse potuit illius saeculi, quam aut *Pulcher* accusator, aut reus *Cato*? *Sen. Controv.* 30. T. Morell.

— apud Schweighaeuser, in praefatione ad Appianum; PP. xviii, xix.

Dissertatio de Babrio, fabularum Aesopearum scriptore.—8. pp. 48. Lond. 1776.

Poems, supposed to have been written at Bristol, by Thomas Rowley, and others, in the fifteenth century: 8. Lond. 1777: to the second and third editions in 1778 was added an Appendix,—

Chaucer, vol. 5. 8. 1778.

Animadversiones, paucae quidem, sed egregias in Shaksperum nostratem cum Steevensio, editionem secundam molienti, communicavit T.: 10 voll. 8. 1778.

Supplementum ad nostrum poëtam tragicum a Malonio conflatum, notis locupletavit T.: 2 voll. 8. 1780.

— apud Cl. Burgess. ad DAWESII *Misc. Critica*: pp. 344, 50, 86. 424, 5, 31, 64, 9, 70, 1, 2, 41, 75, 6, 7, 91.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ—*Simul prodit auctarium dissertationis de Babrio.* 8. pp. 123. Londini, 1781.

— apud Brunck. ad *Med. Eur.* 179. ad *Hec.* 821 (825. PORS.).

Dr. S. Musgrave's *two dissertations.* I. *On the Grecian Mythology.* II. *An examination of Sir Isaac Newton's objections to the Chronology of the Olympiads.* 8. pp. 231. Lond. 1782.

A vindication of the Appendix to the poems, called Rowley's,—8. pp. 223. Lond. 1782.

— apud Brunck. ad *Aristoph. Eccles.* 1006.

A letter

A letter to a friend, upon the last edition of Chaucer by J. Bell: dated Welbeck Street, June 12, 1783. Gent. Mag. liii. 461.

Conjecturae in Strabonem: 8. pp. 48. Lond. 1783.

Shaksperi editionem a desideratissimo Reed susceptam observationibus ornavit T.: 10 voll. Lond. 1785.

ΙΣΑΙΟΥ ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΕΝΕΚΛΕΟΥΣ ΚΛΗΡΟΥ: 8. pp. 22. Lond. 1785.

Nobis gratulemur unam ex duabus orationibus, quas in praefatione ad Isaeum versione Anglica donatum Jonesius nostras valde desideraverat, cladem aliis tam luctuosam feliciter evasisse. In corrigendis—17. l. 8. in exemplari ad *Wytttenbachium* misso ipse calamo mutavit—“τὰ τρίτα καὶ τ. *Vid. Pollucem* viii. 146 (neutiquam 46). *Aristoph. Lysistr.* 614.”—

———— apud Brunck. ad *Sophocl.* C. 367, 547. 775, 1197, 1402, 24. 1751. Tr. 402. El. 160, 64, (161, 65. *Musgr.*) 1478. ad Fr. ΚΡΙΣΙΣ σατυρικῆ. ΛΑΟΚΟΩΝ, iii. ΟΙΝΟΜΑΟΣ, iii. ΤΥΡΩ, xv. lectore celato, ad Col. 763. 1109. etc. in *Schol. ad Col.* 811. Callim. Fr. cxxiv. εἴλης. cf. TYRW. in *Appen. ad Toup. em. in Suid.* 421.

———— apud Summe Reverendum Doctissimumque Gulielmum, Episcopum Asaphensem, in perdocto libello de *rhythmo Graecorum*: pp. 13, 4. 21, 4. 22, 1. 25, 1, 2. 62, 1. 82, 1. 148.; 149.

———— apud Schweighaeuser, in praefatione ad *Polybium*, T. I. P. xxv.

—— notae breves ad Toup̄ii emendationes in *Suidam*; p. 419—429.

In praef. ad Partem tertiam, p. 10. l. 16. πατέρα γ'] χρυσούν—cf. VALCK. in Diatr. ad Eur. 152 (1). ibid. p. 277. l. 3. ΠΑΡΕΞΕΣΤΗΚΟΤΟΣ Τ' ἀλιτήριος —In Cur. Noviss. p. 32. i. 21. Ἰσόμοιρος, ΑΚΡΑΤΕ. Ibid. l. 22. ἀμφί ΣΕ. P. 176, l. 6. ἐώλους] ΑΛΛ' ΟΥΔΕ. Vide Cens. Crit. (Crit. Rev. Jan. 1803. p. 7 [17]).

—— Month. Rev. for July, 1763. p. 264. “We believe that Mr. Tyrwhitt's conjecture, (in h. ad Cer. 211.), as it is the most easy, is most likely to be true, Δέξαμένη δ' ὄσιης ἔνεκεν πῖε πότνια Δηώ.”

Aristotelis de Poëtica liber Graece et Latine: 8. hanc editionis formam administravit vir, nunquam sine honore nominandus, Episcopus Menevensis, qui novarum lectionum indicem a T. conscriptum in novo Musei Oxoniensis fasciculo inseruit: PP. viii—xii:—Formae grandioris exemplaribus praefationem oppido quam elegantem praemisit Reverendus admodum Praesul Bangoriensis.

Chaucer; 2 voll. 4.; reprinted at the Clarendon Press, 1798.

—— apud MUSGRAVIUM ad *Sophocl. El.* 154.

Aristotelis de Poëtica liber; ed. 3., 8°; Oxon. 1806.

Brevi prodibunt *Conjecturae in Aeschylum, Euripidem, et Aristophanem*, praeeunte et TYRWHITTI famae consulente, eruditissimo Praesule Menevense.

Notae

Notae breves ad *dialogum de oratoribus*, e margine exemplaris *Tyriohittiani*, ed. *Lipsii*, *Antverpiae*, 1627. in oram ed. *Brotieri*, *Paris.*, 1771., exscriptae.

P. 119. l. 11. ut] *dele.* ibid. l. 16. diversas, sed easdem valde probabiles—*Acidalius*. P. 122. l. 15. amittit] omittit—*Rhen.* P. 123. l. 3. qui] qua *Urs.* ibid. 23. conversos? Coire—ibid. 24. quemcunque orator induxerit,—l. 26. percenseo] Mallet quoque *T. parva* censeo. P. 125. Quae] Quid? 1. P. 126, l. 2. patientissimus veri] sapientissimus vir, *Acidal.* P. 127. l. 24. penetrat *medium*—2. P. 128. l. 14. adeptus,] adepturus, *Acidal.* ibid. 20. consurgere] *F. confugere*—1, 2. P. 132. eorum] rerum 1. 2. P. 134. l. 6. maligni in iis] *F. malignitatis.* P. 137. l. 4. Britanniae,] *F. Britanni*—*Ern.* P. 141. l. 12. dicentem,] delet *Schelius*. P. 143. l. 9. partes earum] *parte saltem*, ibid. l. 20. *Cic. Brut.* 5. 6. P. 146. l. 17. vero,] ergo, 1, 2. P. 147. l. 3. et] *F. ea*, ibid. l. 8. dicturi] daturi 1. 2. ibid. l. 18. a vestris] *F. ab iis vestris* ibid. 22. centum et] *F. centum tantum et*—*Ern.* P. 148. l. 13. suo] *F. simili.* P. 150. l. 27. Vide *Senec. Contr.* 3. *praef.* P. 151. equidem] quidem. *Ern.* P. 152. l. 3. non studia] haec non studia—*Muret.* P. 153. l. 10. salutantium] salutationum *Schel. Ern.* ibid. l. 17. 8. docuero.] de curiis. edd. *F. dicetur. Prius referam*—; habuerit, *statim dicam. Prius*—*Acidal.*; *dicturus*, Gronov. ibid. l. 23. *Cic. Brut.* c. 90, 1. P. 154. l. 11. *Cic. de Or.*
l. 6.

1. 6. 15. P. 157. l. 11. mihi] dele. ibid. l. 25. facultate eloquentiam] facultate et el. 1. 2. f. *et usuel.*
 P. 158. l. 8. vis] usus *Acidal.* P. 159. l. 14. Admodum adolescens *Cic. Brut.* 43. Anno xxi.—*Id. de orat.* iii. 20. P. 160. l. 5. ut ait Cicero] Vide *Cic. de orat.* iii, 24. ibid. l. 15. etsi] Delevit in exemplo Mureti *Acidalius.* P. 162. l. 21. Vide *Cic. de Orat.* ii. 11. P. 163. l. 3. clientelarum] *Ern.* P. 165. l. 3. Vide *Cic. Brut.* 94. P. 67. l. n. Vide *Cic. Brut.* 13. ibid. l. 27. emendatae] *Faern.* apud *Ursin.* P. 168. oratorum] oratorum horum 1. 2.

TANTUM

Reverendo Doctissimoque Viro,
 qui in sylvis Academi placida ac leni senectute fruitur,
ROBERTO TYRWHITTO, A. M.,
 idoneo priscae elegantiae judici,
 et fautori suo benignissimo,
 hancce fratris reliquiarum recensionem
 ea, qua par est, observantia
 D. D. D.

EDITOR.

DIRECTIONS for the BOOK-BINDER.

1. Praefatio.
2. De Galla Placidia Augusta.
3. ΕΙΣ ΕΥΚΛΕΕΣΤΑΤΟΝ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΝ ΝΕΑΝΙΑΝ, ΙΩΑΝΝ. ΔΑΝΙΗΛΑ ΛΕΝΝΗΠΙΟΝ ΤΟ ΤΟΥ ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΠΟΙΗΜΑ ΚΑΤΑΡΤΙΣΑΝΤΑ.
4. Epistolae novem ad virum amplissimum, J. P. D'Orvillum.
5. Praefatio ad Thalelæi, Theodori, Stephani, Cyrilli Comment.
6. Oratio inauguralis de Graecia artium ac doctrinarum inventrice.
7. Oratio de Doctore umbratico.
8. Ex epistolio ad Jac. Frid. Heusinger.
9. Dissertatio historica de Antiphonte.
10. Praefatio ad Hesychii Lexicon. 11. De festis Dionysiorum apud Atticos.
12. Fragmenta Ruhnkeniana tomo quarto Virgilio Heyniani subiecta.
13. Jacobo Van Vaassen David Ruhnkenius.
14. Censura Commentarii de Pal. Neap.
15. Censura libelli Pseud-Orphici.
16. Praefatio ad Celsum.
17. Praefatio ad Appuleium.
18. Praefatio ad Muretum.
19. A. H. L. Heerenio respondit Ruhnkenius.
20. Viro illustri Josépho de Retzer S. P. D. David Ruhnkenius
21. Viro doctissimo Joanni Schweighaeuser.
22. Praefatio ad Schelleri Lexicon Latino-Belgicum.
23. Indices.

cui parum arriserit, suo quemque sensu abundare patiemur. Ac nobis quidem non inepte videmur PLACIDIAE incunabulis A. C. 388 vel 389 assignare. Cum enim Flaccilla, prior Theodosii uxor, jam A. C. 385 vita decesserit, teste Chronici Paschalis AUCTORE^d; Theodosius vero A. C. 387 Thessalonicae Gallam^e, Justinæ filiam, vitæ sibi [6] thalamicæ sociam adjunxerit: non est, quod ortum PLACIDIAE in hos incidisse annos, dubitemus, præsertim cum scitissimæ virginis amplexus recentem Theodosio vigorem inspirasse censendus sit^f. Est denique verosimile PLACIDIAM non Constantinopoli, sed Romæ Mediolanive editam in lucem fuisse, si qua fides est^g Chronici Paschalis AUCTORI tribuenda.

III DE

^d P. 305. edit. Paris. et p. 243. ed. Venet. Videatur præterea ANTONIUS PAGIUS in Critica ad Baronii Annales ad A. C. 385. n. 5. CAROL. DU FRESNE in Famil. Byzantiñ. p. 69. 70. ed. Paris. et p. 58. ed. Venet.

^e Theodosius A. C. 387. Thessalonicam iter instituit, idque ad Valentinianum, qui huc Maximi tyranni truculentia fuerat compulsus. Eodem anno cum Galla nuptias celebravit, uti ex ZOSIMI Lib. IV. c. 44. probat CAESAR BARONIUS in Annal. ad h. a. et ANT. PAGIUS in Critica ad A. C. 385. n. 6.

^f ZOSIMUS l. c. ὡς δὲ πλέον ἐπισύμχιστο τῇ τῆς κόρης ἐπιθυμία, τὴν Ἰουστίναν μετελθὼν, ἤπει τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον. κ. τ. λ. Cum autem puellae desiderio magis indies ureretur, conventa Justina, filiam ejus in matrimonium sibi dari petit. cet.

^g Theodosius A. C. 388. quam maximis poterat itineribus, in Italiam contendit, Maximum tyrannum, qui et hoc ipso anno capite plectebatur, bello persecuturus. Cum igitur se ipse exercitui per Pannoniam Noricumque eunti ducem præberet, Valentianum

III

DE Patre PLACIDIAE, Theodosio M. eo minus, [7]
 aliquid dicere, consentaneum videtur, quo illustrior
 est pervagatioque nominis fama, quam sibi peperit
 tot tamque ferocibus populis debellandis. De
 GALLA

Valentinianum Justinamque et Gallam uxorem, uavibus Romam
 transportari jussit. ZOSIMUS *Lib. IV. c. 45.* Ἰουστινιανὸν μὲν οὖν ἀμφοτέρῃ
 τῷ παιδί καὶ τῇ θυγατρὶ καὶ οὐ μόνον ἐμβαλὼν, καὶ τοῖς ἀσφαλῆς παραπέμπειν
 παραδόντες, εἰς τὴν Βόμην ἐξέπεμπεν. *Justinam quidem cum filio et
 filia navibus impositam, et tuto deducturis traditam, Romam
 ablegat.* Theodosius vero A. C. 389. in Italia cōsedit, actoque
 Romae triumpho, in civitate Occidentis principe, per tres menses
 sibi commorandum putavit, uti liquet ex Legibus Codic. Theo-
 dosiani ibidem promulgatis. *Chronicon Histor. Codic. Theodo-
 siani, et ANTON. PAGIUS in Critica ad h. a.* Roma relicta, Me-
 diolanum adiit, ibidemque sequentibus annis 390 et 391. res
 Italiae ordinavit. Sed neque hic sibi diutius permanendum ratus,
 Concordiam Vincentiam transit, ex Italiaque, ubi tantum non
 per triennium constiterat, Constantinopolim pervenit; SOCRATES
*Lib. V. c. 18. et MARCELLINUS in Chronico. Chronicon Cod.
 Theodos. et ANT. PAGIUS in Critica ad h. a.* Ergo hoc tempore,
 quo Theodosius in Italia versabatur, lucem PLACIDIA videtur
 aspexisse, praesertim cum AUCTOR *Chronici Paschalis* disertis
 verbis referat, PLACIDIAM cum patre Theodosio esse Constans-
 tinopolim profectam; p. 304. ed. Paris. et p. 243. ed. Venet.
 Ἐκ ταύτης Γάλλας ἴσχε θυγατέρας ἀμύνουσαι τῷ πατρὶ Γάλλαν, τὴν καὶ
 Πλακιδίαν. Εἰσελθούσα ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τοῦ πατρὸς ἀνομιᾶς
 Θεοδοσίου, κτίθει τὰ δίκαια τὰ Πλακιδίας. *Ex hac Galla filiam suscipit
 patri cognominem Gallam, quae Placidia appellata est. Illa postea
 Constantinopolim cum patre profecta, domum Placidia dictam
 condidit.* Ex quibus intelligi potest, quam alienus a vera fuerit
 MARCELLINUS, qui in *Chronico suo*. A. C. 386. GALLAM, Theo-
 dosii alteram uxorem, his *Coss. Constantinopolim venisse* scribit.
 Eo enim anno GALLA nondum in Theodosii manus convenerat,
 sed Italiae finibus adhuc continebatur. Consule *Chronicon Cod.
 Theodos.*

GALLA vero, matre, quod rarius ejus memoriam recoluerunt eruditi, strictim nobis erit cursimque agendum. Atque illa quidem patre usa est Valentiniano Magno, matre JUSTINA, altera^b Valentiniani uxore. Sed JUSTINA omnium fere vapulat sermone. Nam quicquid dixerat ARIUS, concluderatque contortius, tam pugnaciter sibi tamque praefracte defendendum existimavit, ut cum optimus quisque, tum AMBROSIVS maxime, plurimum [8] inde ceperit detrimentiⁱ. Jam vero tametsi facile largimur,

^b SOCRATES *Histor. Ecclesiast. Lib. IV. c. 31.* Ὁ δὲ Οὐαλεντινιανὸς ἀγεται τὴν Ἰουστίναν, ἀφ' ἧς αὐτῷ γίνεται Οὐαλεντινιανὸς τε ὁ υἱός, καὶ θυγατέρες τρεῖς, Ἰουστία, Γράτα, Γάλλα· ἧν αἱ μὲν δύο παρθελεύουσαι διατίλισσαν. Γάλλαν δὲ ὑψηροῦ βασιλεὺς ἔγαμε Θεοδοσίος ὁ μέγας, ἀφ' ἧς αὐτῷ Πλακιδία θυγάτηρ ἐγένετο. *Valentinianus vero Justinam duxit uxorem, ex qua Valentinianum Juniozem suscepit, tresque praeterea filias, Justam, Gratam, Gallam. Quarum priores quidem duae in virginitatis proposito perseverarunt: Galla vero Imperatrix Theodosio M. postmodum nupta est, ex qua ille Placidiam filiam sustulit.* Idem asserunt PHILOSTORGIUS *Lib. X. p. 535. ed. Reading.* THEOPHANES *in Chronographia p. 48. ed. Paris. et p. 38. ed. Venet.* ZONARAS *Annal. Tomo II. p. 30. ed. Paris. et p. 23. ed. Venet.* PAULLUS DIACONUS *Lib. XII. p. 83.* IORNANDES *de regnorum successione p. 238. Tom. I. Scriptorum Rer. Italic. Muratorii.*

ⁱ De Justinæ in Catholicos odio affatim testantur *L. ult. Codic. Theodos. de fide Catholica*, qua Arianis peraeque ac Catholicis ecclesias adeundi potestas conceditur, idque auctoritate Valentiniani filii Aug. et *L. 1. Cod. eodem, de his, qui super religione contendunt*, qua Catholici, si quid adversus Arianos tentaverint, crimen capitale admisisse viderentur. Unus AMBROSIVS, qua erat animi sanctitate, nefariis Justinæ conatibus, quo modo cunque potuit, obviam ivit. Cui rei sunt indicio *ejus epistolae XIII,*

largimur, GALLAM perinde ac Valentinianum ejusdem opinionis errorem lacte paene materno sxisse; tamen nobis, non ex PHILOSTORGIO, uti DU FRESNIO placuit^k, sed aliunde hujus rei notitia erit arcessenda. Etenim ille JACOBI GOTHOFREDI, summi hominis, versionem ducem secutus, sensum e PHILOSTORGIO elicit, a graeca quidem oratione quam maxime alienum^l. Quamquam igitur ex hoc

B PHILOSTORGII

XIII. et XIV. ed. Paris. an. 1614. itemque Oratio ad populum Mediolanensem de Basilicis non tradendis, habita, Tom. V. oper. ed. cit. p. 97. Hinc Justina in eo A. C. 385. et 386. persequendo non minimam se consecuturam sperabat commoditatem. SOCRATES Histor. Ecclesiast. Lib. VI. c. 14. SOZOMENUS Lib. VII. c. 13. THEODORETUS Lib. V. c. 13. RUFINUS Lib. II. c. 15. CAESAR BARONIUS in Annal. Ecclesiast. ad A. C. 385. et 386. ANTON. PAGIUS in Critica ad Annales Baronii ann. cit. JACOBUS GOTHOFREDUS in Commentario ad laudatam Leg. ult. et in Chronico Hist. Cod. Theodos. ad A. C. 386. HENRICUS VALESIUS in notis ad Sozomenum.

^k In Famil. Byzantin. p. 57. ed. Venetae.

^l Si ipse DU FRESNIUS, qua erat mirifica harum literarum intelligentia, animum ad vim potestatemque Pronominis Demonstrativi pariter ac relativi advertisset, haud dubie sententiam suam a GOTHOFREDI sejungendam putasset. Quo autem haec controversia dirimi facilius queat, age, locum e PHILOSTORGII *Historia Ecclesiastica Lib. X. p. 335. ed. Reading, subtexamus. Θεοδοσίος Γάλλαν ἄγισται γυναῖκα, ἀδελφὴν μὲν τοῦ νεωτέρου Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως, θυγατέρα δὲ τοῦ μεγάλου, ἣν αὐτῷ Ἰουστίνῳ ἐγείνετο. Ἄσπτη δὲ τὰ Αρτίου ἰστέργει· ἐξ αὐτῆς δὲ τῷ Θεοδοσίῳ, καὶ ἡ θυγάτηρ Πλακιδία τίκτηται.* Haec GOTHOFREDUS ita latine reddidit: *Theodosius Gallam uxorem duxit, sororem quidem Valentiniani Junioris, Imperatoris, filiam autem Senioris, quam ei Justina ediderat. Ea vero Ariana erat, et ex ea nata est Theodosio filia Placidia. Quam quidem versionem quo minus ego veram sinceramque judicem,*

tria

[9] PHILOSTORGII loco effici nihil conflare potest, quod vel ullo modo ad DU FRESNII sententiam stabiliendam pertineret: at videmur tamen nobis aliunde collegisse, GALLAM de matre sua exitiales ARII imbibisse opiniones. Quod quidem argumentum eo prolixius indicandum arbitramur, quo magis ingenue JACOBUS GOTHOFREDUS nihil quicquam de GALLAE erga ARIUM studio, a Philostorgio si discederet, se reperisse confitetur^m. Extat quidam GREGORII^m BAETICI, Eliberitani Episcopi, de
Trinitate

tria potissimum intercedunt. Ac primum quidem Pronomen Demonstrativum *αὐτήν* obstare videtur, quod certe proximum quidque, sc. Justinam, designat; Deinde Pronomen Relativum *αὐτῆς*, quod sane ad remotius, sc. Gallam, referri debet. Denique Particula *ἢ* satis luculento argumento est, alterum orationis membrum ad JUSTINAM, ad GALLAM alterum pertinere. Pulchrius horum verborum vim calluit is, qui nihil ferme ignoravit, HENRICUS VALESIIUS, apud quem GOTHOFREDUM, miror, hunc errorem impune tulisse. Solet enim, quavis data occasione, GOTHOFREDUM rodere, graecaeque linguae inscitiam ei exprobrare. Sed haec labes VALESIO cum plerisque ordinis sui communis est; quam jam nihil moramur. Versio vero, quam dedit emendatorem, haec est: *Theodosius uxorem duxit Gallam, Sororem quidem Valentini Junioris, filiam vero M. Valentini et Justinæ Aug. Porro haec Justina Arianam haeresin sequebatur. Ex Galla Theodosius filiam suscepit nomine Placidiam.*

^m In Dissertatione ad Lib. X. c. 7. quam Philostorgio suo cum pluribus aliis refertisque varia eruditione adjecit.

^m GREGORII liber GALLAE PLACIDIAE nomen prae se fert. Verum recte scienterque fecit CAESAR BARONIUS in *Annalibus Ecclesiast. ad A. C. 368. n. 100.* quod PLACIDIAE nomen, tanquam ab aliquo historiae ignaro additum, hinc facessere jussit. Sumas enim, GALLAM PLACIDIAM jam tum, cum librum ederet
Gregorius,

Trinitate libellus, Augusto GALLAE nomini inscrip- [10]
tus. Cujus praefatio, quae attente cogitateque
legatur, digna mihi vel inprimis visa est. Nam, ei
si fidem habeas, GALLA et literarum commercia
cum familiae Arianae principibus instituit, et
quaestiones, quibus Catholica religio labefactari
putabatur, accepit, et ad Gregorium, quem dixi-
mus, transmisit, quin etiam ab eodem, tanquam
Arianae disciplinae infesto, *Librum de Trinitate*
flagitavit. GREGORIUS vero indigne ferens, Au-
gustae animum opinionum perversitate magis ac
magis corrumpi, librum, quem poposcerat, ejus
nomini inscripsit, in eoque uberius expromsit illa,
quibus ista sententiarum labes penitus deleri posse
videbatur.

B 2

videbatur.

Gregorius, lucem aspexisse. At sedit tamen adhuc in matris
gremio, appetiitque mammas. Neque enim opus erat PLACIDIAE
ejusmodi doctrina, quippe, quae sub faustis ecclesiae Catholicae
penetralibus enutrita, suum in religionem animum clarissimis
documentis voluit esse testatorem. GALLAM vero, haeresi
Ariana valere jussa, ad Catholicos transiisse, et initum cum
Theodosio matrimonium, et commemorabilis SUIDAE locus voce
Οὐαλιντιναιὸς haud obscure significare videntur. Namque hic
Theodosii verba recitantur, quibus Valentinianum, a matre
depravatum, in viam reducere est conatus. Si igitur tantam
curam Valentiniani habuit, quantam, ut uxorem ad frugem per-
duceret, adhibuisse putabis? Sed hic velim consulatur ZONARAS
*in Annul. Tomo II. p. 34. ed. Reg. et p. 27. edit. Venet. et Com-
mentarius ad L. 15. Codic. Theodos. de haereticis.* Enimvero
aut plane commutatus animus GALLAE est, postquam in manus
Principis religiosi convenit, aut forte invita et cum dolore dissi-
mulavit errorem.

[14] videbatur°. Cum igitur GALLAE haeresis tam claris luceat signis, nihil nos dubitationis habere amplius debemus. Sed satis de sectae studio. Attingamus cetera, quae digna nobis memoratu in ejus vita videbuntur.

III Ac

° MARCELLINUS in *Chronico ad A. C. 390*. GALLA, inquit, *Theodosii uxor ab Arcadio privigno suo ejecta est*. Quem si auctorem probamus, statuendum nobis profecto erit, Gallam, prius Theodosio, iter Constantinopolim instituisse, siquidem ipse anno demum 391. (ut patet ex dictis not. d. § 11.) urbem ingressus est. Verum cum AUCTOR *Chronici Paschalis*, PLACIDIAM, filiam, cum patre Theodosio Constantinopolim profectam esse diserte testetur, nec credibile sit, matrem filiolam lactantem apud Theodosium, plurimis gravibusque distentum negotiis, in Italia reliquisse: ea, quae MARCELLINUS narrat, ad annum forte 394. referenda putamus, quo quidem Theodosius adversus Eugenium contendit, Arcadioque Aug. Orientem tradidit administrandum. Neque vero MARCELLINUS per haec tempora in Chronologia accuratus est, neque ipse Arcadius, praesente gravissimo patre, tantum facinus admisisse existimari debet, praesertim cum ita pater conjugem in oculis ferret, ut signa doloris ex ejus morte percepti et vultu ostenderit et col-lacrymatione. Huc pertinent illa ZOSIMI *Lib. IV. c. 57*. Ἡδη δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐπιυγομένη, συμβέβηκε Γάλλαν τὴν Γαμετὴν ἐν ταῖς ὠδίῳ αὐταῖς τελευτῆσαι σὺν τῷ βρέφει καὶ τὸν βίον ἀποδεμένην. Ταύτην μὲν οὖν κατὰ τὸν Ὀμηρικὸν νόμον ὁ βασιλεὺς ἐπ' ἡματι δακρύσας, κ. τ. λ. *Cum jam ad profectionem properaret, conjugem ipsius Gallam parturientem mori contigit, infantis onere cum vita deposito. Huic homerico more diurnis Imperator persolutis lacrymis, cet.* Quamvis vero causam simultatum, quae Gallae cum Arcadio intercessere, tacuerit ille MARCELLINUS, rem quasi aliud agendo exponens: non tamen de nihilo extitisse videntur, cum novercae in palatii luce amplius versari nefas fuerit. Si conjecturae locus est, GALLAM, crediderim, Theodosio absente, quod hucdum dis-simulaverat,

III

Ac primum quidem, quâ ratione ab Theodosio in matrimonium assumpta sit, brevibus erit explicandum. Flagrabant illa tempora bellorum incendiis, Maximo tyranno A. C. 387 Italiam vi impressioneque eversuro, nec mater Gallae, JUSTINA, tanti expers periculi poterat esse, propterea, quod huic flammae suo in Arium studio materiam subministrasse videbatur^p. Cum igitur, quo se verteret, plane

simulaverat, Arianismi virus evomuisse, sicque probum Arcadii animum non mediocriter irritasse. Confirmant sane hanc conjecturam, quotquot res a Theodosio gestas literis tradidere. Nam priorem Theodosii conjugem, Flaccillam, dici vix potest, quanto-pere laudibus extollant, cum contra ea de Gallae in religionem studio, velut e compacto, sileant. Quin AUCTOR *Chronici Paschalis* p. 243. ed. Venet. et p. 305. ed. Paris. Flaccillam orthodoxam Gallae opponit: *Theodosius Aug. conjugem habuit Galliam, cet. Habuit et alteram conjugem Flaccillam orthodoxam, cet.* Sed satis conjecturarum.

^p Maximus tyrannus literas dedit ad Valentinianum, matris amentia ad turbendam ecclesiam Catholicam concitatum, in quibus illum admonitum voluit, ut vim ecclesiis inferre desisteret, Italiamque omnem et venerabilem Romam suis ecclesiis, suis sacerdotibus redderet. Has literas CAESAR BARONIUS *in Annal. ad A. C. 387. n. 33. ex Tomo I. epist. Romanorum Pontificum* foras dedit. THEODORETUS *Lib. V. c. 14.* Ἐπέστειλε δὲ τῷ Οὐαλεντινιανῷ (ὁ Μάξιμος) τὸν κατὰ τῆς εὐσεβείας πόλεμον καταλῦσαι παρεγγυῶν, καὶ παραινῶν μὴ προϊσθαί τὴν πατρίαν εὐσεβείας· προσίδεικε δὲ καὶ τοῦ πολέμου τὴν ἀπειλήν, ἢ μὴ πείθοιτο. Καὶ μέντοι καὶ τὸ ἔργον τοῖς λόγοις ἐπίδεικε· τὴν γὰρ στρατιὰν ἀγείρας ἐπὶ τὴν Μιδιόλανον ἄρμησιν, εἶδα ἑκείνος διῆγεν. *Scriptis igitur literas ad Valentinianum (Maximus,) quibus eum hortabatur, ut pietati bellum inferre desisteret, monebatque, ne paternam religionem proderet. Adjecit etiam minas belli, nisi Valentinianus morem gereret; statimque verba factis*

[12] plane nesciret, fugam tandem in Illyricum Thessalonicamque cepessit, *Valentiniano Aug. III. et Eutropio Coss. A. C. 387.* datisque Constantinopolim literis, summis a Theodosio precibus contendit, ne se de regio gradu depulsam destitueret, caedemque Gratiani, a quo adeptus fuerat imperium, relinqueret inultam. Atque ut nihil, quod ad Theodosii animum sibi conciliandum pertineret, reliqui fecisse videretur, Gallam, ¹filiam, secum Thessalonicam adduxit, bellam quidem virginem, leporibusque affluentem, quin plenae maturitatis et gestientium ad virum dissuaviandum annorum. Namque Justina pulcre, si Zosimo credas, intellexit, quanto pere Theodosius puellas paulo venustiores adamareret. Dedit igitur ipse Justinæ precibus locum, eodemque anno 387 Constantinopoli relicta, Thessalonicam cursum suum direxit. Hic cum impetum Maximi tyranni reprimere studeret, accidit, ut
 Justina

factis confirmavit. Collectis enim copiis, Mediolanum versus contendit, in qua tum (Valentinianus) degebat.

¹ ZOSIMUS *Lib. IV. c. 44.* Τὴν κόρην ὀδυρομένην ἰδεῖν, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀποκλαίουσάν τύχην. Τούτων ἀκούσας ὁ Θεοδοσίος, καὶ ἄμα τῇ θείᾳ τοῦ τῆς κόρης κάλλους ἀλεῦς, παρῆφαινε μὲν καὶ τῷ βλέμματι τὴν ἐπὶ τῷ κάλλει τῆς κόρης πληγὴν - - ὡς δὲ πλέον ἐπισμύχεται τῇ τῆς κόρης ἐπιθυμίᾳ, τὴν Ιουστίναν μετελθὼν, ἤπει τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον. κ. τ. λ
(Justina) puellam illacrymantem et fortunam suam deplorantem ei commonstrat. His Theodosius auditis, simulque puellae pulcritudinis intuitu captus, etiam vultu acceptum e puellae forma vulnus satis ille quidem prodebet. . . . Quum autem puellae desiderio magis in dies ureretur, conventa Justina, filiam ejus in matrimonium sibi dari petit, cet.

Justina una cum Galla eum conveniret. Neque consilium male successit. Nam simul ac Theodo- [13] sius puellam, ubertim lacrymas profundentem, genibusque advolutam suis, intuebatur, adeo mirifica scitissimae virginis venustate exarsit, ut continuo consilium iniret, latis matri suppetiis, filiam secum matrimonio jungendi. Annus tum erat, ex quo de vita abierat Flaccilla.

GALLA

Flaccilla *Arcadio Aug. I. et Bautoe Coss. A. C. 385.* fato functa est, uti supra me docere memini. Graeci mirum quantum in ejus nomine scribendo discrepant. Modo enim Πλακίλλαν, modo Φλακίλλαν dicunt, imo SOCRATES *Lib. IV. c. 31.* Πλακίδην, et PHILOSTORGIUS *Lib. X. c. 7.* Πλακιδίαν appellant. PETRUS LAMBECIUS *Tomo II. Bibliothecae Caesar. p. 586.* Placillae nomen tuetur. Sed cum in Numis apud CAROL. DU FRESNIUM *in Familiis Byzantinis. p. 48. ed. Venet.* AEL. FLACCILLA AUG. expressum legatur, facile est ad intelligendum, plerosque Graecorum τὸ F. latinum in suum Π mutasse. Itaque AUCTOR *Chronici Paschalis* his accuratius Φλακίλλαν scripsit, nec errat, dum Palatium ab Augusta Constantinopoli excitatum cum AUCTORE *descriptionis Urbis Constantinopolitanae*, Φλακίλλαιανδν appellat. Sed hic dignus est, qui in consilium adhibeatur, CAROL. DU FRESNIUS *in Constantinopol. Christiana Lib. II. c. 25.* Fuit Flaccilla Antonii, qui A. C. 382. in Oriente cum Syagrio consul prodiit, filia, uti ex THEMISTII *oratione*, quae inscribitur titulo *Gratiaram actonis ob pacem consulatumque Antonii*, probant HENRICUS VALESIIUS *in notis ad Sozomenum Lib. VII. c. 6.* et ANTON. PAGIUS *in Critica in Annales Baronii ad A. C. 3827.* quibus addi potest *Prosopographia Codic. Theodosiani*, vocat *Antonius*. Theodosio vero quatuor liberi e Flaccilla nati sunt, *Arcadius et Honorius*, qui cum patre et post eum regnum tenuere; *Gratianus* item, qui etsi mature decessit, matri tamen superstes fuit; *Pulcheria* denique, quam ante matrem mors occupavit.

GALLA Theodosius, uti jam supra diximus, GALLAM PLACIDIAM creavit. Utrum vero simultates, quas cum Arcadio gessit, mortem ejus admaturaverint, nec ne? nobis quidem haud liquere, apertius fatemur. Illud certe constat, eam *Arcadio III. et* [14] *Honorio II. Coss. A. C. 394.* inter puerperii dolores animam effluisse. Sed ad PLACIDIAM nostram, unde oratio aberravit, revertamur.

V THEODOSIO

occupavit, uti patet ex *Orationibus GREGORII NYSSENI in funere Pluccillae*, et *AMBROSII in funere Theodosii M. habitis*. ANTON. PAGIUS in *Critica ad A. C. 385.* Quare nollem, Italorum facile eruditissimus, HENRICUS NORISIUS in *Addendis ad Historiam Pelagianam p. 2.* Arcadium et Honorium e Galla procreatos dixisset.

* BARONIUS in *Annal. Ecclesiast. A. C. 390. n. 75.* Gallam, refert A. C. 890. diem obiisse supremum, atque adeo ab Arcadio sepultam fuisse, nec dubitat Marcellinum huic sententiae patronum dare. Verum in hoc annalium conditore ne vestigium quidem hujus rei apparet. Id certe in dubium vocari nequit, GALLAM adhuc A. C. 392. quo Valentianus Aug. Arbogastis factione periit, vixisse. ZOSIMUS enim *Lib. IV. c. 55.* postquam de Valentianus morte exposuit, in hunc modum pergit: *Τούτων τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ συναγγελθέντων, συνετάραξεν ἡ τούτου Γαμίτη Γάλλα τὰ βασίλεια, τὸν ἀδελφὸν ὀλοφυρομένη.* *His Theodosio Principi renuntiatis conjux ejus Galla, fratrem deplorans, aulam universam conturbat.* Ac reddidit demum A. C. 394. debitum naturae, quo Theodosius cum exercitu adversus Eugenium tyrannum tendebat, teste eodem ZOSIMO, *loco jam supra laudato, Lib. IV. c. 57.* *Ἦδη δὲ αὐτῇ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐπειγομένῳ, συμβέβηκε Γάλλαν τὴν γαμίτην ἐν ταῖς ὡδίσι αὐταῖς τελευτῆσαι, σὺν τῷ βρέφει καὶ τὸν βίον ἀποδιδόν.* *Cum jam ad profectionem properaret, contigit Gallam uxorem ejus parturientem mori, infantis onere cum vita deposita.*

V

THEODOSIO *Olybrio et Probino* *VV. CC. A. C. 395*, mortuo, divisoque inter Arcadium et Honorium imperio, GALLA PLACIDIA cum Honorio in Italiam venit¹, Mediolanique ad annum usque 402: *Arcadio et Honorio V. Coss.* permansit, quo frater Ravennae sedem constituit, uti *legibus Codicis Theodosiani*² [15] comprobatur. PLACIDIA vero, CEDRENO^x teste, Romae sibi lares figendos existimavit. Jam quidem vita GALLAE PLACIDIAE per omnes fastos nobis esset persequenda. At enim vero sive tenella aetate, in qua nihil magnopere egit memoria digni, sive monumentorum naufragio, quod vix tabulae quaedam evasere, accidit, ut inde a primis ejus incunabulis

¹ CEDRENUS *Annal. p. 327. Ed. Paris. et p. 258. Ed. Venet.* Κατάλειψας τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, Ἀρχάδιον μὲν τὸν πρεσβύτερον τῆς ἰῶας, Ὁνώριον δὲ τῶν Ἑσπερίων σὺν Πλακιδίᾳ. *Duobus filiis relictis, quorum majorem Arcadium Orienti praefecit, Honorium cum Placidia Occidenti.* Jam supra causam attigimus, quae quidem impedimento videtur fuisse, quominus Placidia Constantinopoli apud Arcadium relinqueretur. Ille enim novercam Gallam, e Palatio ejecerat, cumque matre procul dubio filiam. Hinc cum Theodosius iniqua valetudine conflictatus, in Italia de dividendo imperio cogitaret, Placidiam cum Honorio ad se evocavit, voluitque eam, tum octo fere natam annos, apud Honorium educari.

² Consule *Chronologiam Cod. Theodos. ab. an. 395. ad an. 402.* CLAUDIANUM in *VI. Honorii Cos.* ANT. PAGIUM in *Critical ad A. C. 402. n. 29.*

^x CEDRENUS *p. cit.* Καὶ ὁ μὲν Ὁνώριος ἔσχε τὰ βασίλεια εἰς Παβλίαν, Πλακιδία δὲ ἡ θυγάτηρ Γρατιανοῦ (Lege Θεοδοσίου, ut supra emendavimus) ἐν τῇ Ῥώμῃ. *Ac Honorius quidem Ravennae regiam suam constituit, Placidia autem Gratiani (Theodosii) filia Romae.*

bulis usque ad A. C. 400 *Stilichone et Aureliano Coss.* dicere vix quicquam habeamus. Hoc enim anno EUCHERIUS, filius Stilichonis, cum sibi nubilus esset visa, nuptias ejus ambivit. Neque ille, quem Stilicho laudum suarum praeconem invenit, CLAUDIANUS, hoc nosmet ignorare voluit. Namque *Libro II. de Laudibus Stilichonis v. 354-362* pleniore canit ore :

- - - *Venus hic invecta columbis,
Tertia regali jungit connubia nexu,
Pennatique nurum circumstipantur amores
Progenitam Augustis, Augustorumque sororem.
Eucherius timido jam flamma sublevat ore
Virginis : arridet laeto Thermantia fratri.
Nam domus haec utraque petit diademata sexu,
Reginasque parit, Reginarumque maritos.*

Hos enim versus ad PLACIDIAM pertinere⁷, patet
cuius

⁷ Eosdem versus laudavit, praecipuum illud Lipsiae suae ornamentum, JOANN. JAC. MASCOVIUS in limato politoque opere *de Rebus Gestis Germanorum Part. I. p. 352.* Stilichonem vero A. C. 400. quo primum Consul prodiit, Eucherio nuptias conciliare voluisse, cogitur ex eodem *Claudiano ibid. v. 244.*

*Cur nondum legitur fastis? Cur pagina tantum
Nescit adhuc nomen, quod jam numerare decebat.*

quae quidem verba satis aperte primum Consulatum designant. *V. 190.* Poeta Stilichonem ob debellatum Gildonem laudibus ornat :

- - *Paeni cumulant laudes, quod rura tyranno
Libera possideant.*

cuius paulo acutiori. Ac vidit hoc, qui vidit plu- [16]
 rimum, CASPAR BARTHUS, cujus in Claudianum
 annotationibus nihil nobis debet esse commendatius.
 Sed tantas has tamque molles cogitationes, quibus
 EUCHERIUS spes alebat suas, tempestas de impro-
 viso exorta vehementer conturbavit. Cum enim
 Stilicho se familiamque suam dolo malo efferre altius
 auderet, mirandum in modum se suaque omnia per-
 ditum ivit. Igitur et ipse EUCHERIUS, qui se in
 futuro PLACIDIAE matrimonio magnifice circum-
 spiciebat, tantum a nuptiis, quas appetierat, abfuit,
 ut potius Romae, paullo post Patris caedem, *Basso*
et Philippo Coss. A. C. 408. obierit mortem, tam

C 2

suo;

Et v. 258. Roma, quam loquentem finxit, se jam superiore anno
 399. Stilichonis Consulatum sperasse dicit:

*Sperabam nullas trabeis, Gildone perempto,
 Nasci posse moras.*

Gildo enim A. C. 398. interiit. Confer *Chronicon Codic. Theo-*
dos. ad h. a. et Commentarium ad L. 7. de metatis. Item
 Poeta nuptiarum mentionem iniecit earum, quas Honorius cum
 Maria, Stilichonis filia, celebravit, quaeque in A. C. 398. inci-
 dunt, probante CAESARE BARONIO in *Annal. ad h. a. n. 37.* Ita
 enim v. 74. laudat Stilichonem,

*Hinc fuit, ut primos in conjugē disceret ignes
 Ordirique virum non luxuriante juventa,
 Sed cum lege tori, casto cum foedere vellet.*

V. 342. Mariae puerperium optat:

*Et sacri Mariae partus Lucina dolores
 Solatur. Residet fulgante puerperale lecto.*

suo, quam patris, nefario conatu dignam². Atque
 [17] hoc quidem tempore, quantum in PLACIDIA
 auctoritatis esset, illustri cognitum est argumento.
 Nam cum Alaricus, Rex Gothorum, Serenae, Stili-
 chonis conjugis accitu, Romam pervenisse credere-
 tur, nec barbari hominis conatus facilius reprimi
 videretur posse, quam illa e medio sublata, a qua
 urbem sibi proditum iri sperabat: Senatus, Placidia
 in consilium adhibita, nihil prius faciendum putavit,
 quam ut Serenae gula laqueo frangeretur³.

VI SED

² L. 22. *Cod. Theodos. de bon. proscriptor.* ZOSIMUS *Lib. V. c. 35. 57.* OLYMPIODORUS *Eclog. Histor. p. 145. Tom. I. Scriptor. Rer. Byzant. ed. Venet.* RUTILIUS NUMATIANUS *Itinerar. Lib. II. v. 41. seqq.* SOZOMENUS *Libr. IX. c. 4.* OROSIUS *Lib. VII. c. 35. 38.* PHILOSTORGIUS *Lib. XII. p. 544. ed. Reading.* PAULLUS DIACONUS *Lib. XIII. p. 91. 92. Tom. I. Scriptor. Rer. Italic. Muratorii.* JORNANDES *de Regnorum Successione p. 238. ibidem:* et Scriptores mediæ ævi HERMANNUS CONTRACTUS *in Chronico p. 154.* SIGEBERTUS GEMBLACENSIS *in Chronographia p. 704.* HULDERICUS MUTIUS *in Chronico Lib. IV. p. 640. inter Pistorii Nidani Scriptor. Rer. Germanic.* Adde et recentiores CAESAR. BARONIUM *in Annal. Ecclesiast. A. C. 408 et 409.* ANTON. PAGIUM *in Critic. ad A. C. 408. n. 6. et ad an. 409. n. 2.* JACOB. GOTHOFREDUM *in Chronico Cod. Theodos. an. cit. et Commentar. ad L. 22. bon. proscriptor. et L. 1. de lit. et itiner. custod.*


³ ZOSIMUS *Libr. V. c. 38.* Ἐδοκει τῇ γερουσίᾳ πάση καὶ Πλακιδίᾳ, τῇ ὁμομητερίᾳ (lege ὁμοπατρίᾳ, uti supra docuimus) τοῦ βασιλέως ἀδελφῆ, Σιρῆναν ἀναριθῆναι, τῶν περισσώτων κακῶν οὔσαι αἰτίαν. *Censuit Senatus universus et Placidia, Principis germana Soror, Serenam esse necandam, quae praesentium malorum auctor existeret.* Eadem plane refert OLYMPIODORUS p. 146. Consuli praeterea merentur CAROLUS SIGONIUS *de Occidentali Imperio Lib. X. p. 175.* TILLEMONT *Histoire des Empereurs pag. 1218. Tom. V. et*

VI

SED hae res, quae non nimis strenuo languorem [18]
attulissent, Alaricum mirifice acuerunt. Itaque
tam

et Ill. MASCOVIUS in *Rebus gestis Germanorum Part I. p. 355.*
Erat Serena Theodosii M. neptis ex fratre Honorio et in tantam
se patrum benevolentiam blanditiis immererat, ut in filiam ab eo
adoptata, Stilichoni, Vandalo, in matrimonium daretur, eo certe
consilio, ut homo ille, toga sagoque clarissimus, in cura Arcadii
Honorique aliquando suscipienda, uti propinquum decebat, in-
tegre incorrupteque versaretur. Videatur saepius laudatus
OLYMPIODORUS et ZOSIMUS *l. c.* sed, age, iis, quae diximus,
tabula genealogica lucem affundamus:

THEODOSIUS, Comes. sub Va-
lentiniano M. de quo Ammia-
nus Marcellinus Lib. XXVII.
XXVIII. XXIX.



[19] tam acri Romam obsidione pressit, ut, quae antea tanquam victrix terrarum viguerat, jam huic barbaro tyranno *Honorio VIII. et Theodosio III. Coss. A. C. 409.* succumbere sit coacta. In qua quidem opugnatione cum plurima sint commemoranda, tum illud non postremum, quod Alaricus GALLAM PLACIDIAM^b obsidis loco secum reducendam putavit.

Sumpserat

teste Chronic. Paschalis Auctore. Confer Ant. Pagium ad h. a. et du Fresnium in Famil. Byzant. p. 60. 61. ed Venet. Serena etsi nihil monstri ZOSIMO *Lib. V. c. 38.* aluisse videtur, tamen poenas luisse meritissimas censet, propterea, quod Romam cum Theodosio ingressa, gentium profanarum religionem jocum fecisset risumque, nec dubitasset, mundum Deae Rheae collo abreptum, suo circumjicere. Adjungit iste Deorum cultor; *ὑπίσχε δὲ τῇ ἀγχόνῃ τὸν τεράχην, ὃ τοῖ τῆς Θεοῦ κόσμου ἔτυχεν περιδείσα. Laqueo cervicem illis praebuit elidendas, quibus Divae mundam injecerat.*

^b ZOSIMUS *Lib. VI. c. 12.* Καὶ ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ, Πλακιδία παρ' αὐτῶν, ἀμῆρου μὲν τρόπων τινὰ τάξει ἐπέχουσα, πάσης δὲ ἀπολαύουσα τιμῆς καὶ βασιλικῆς θραυπέας. *Placidia quoque, Soror Imperatoris, cum Alarico erat, vicem illa quidem obsidis modo quodam implens, ita tamen, ut omni honore cultuque regio frueretur.* OLYMPIODORUS p. 145. PAULLUS OROSIUS *Lib. VII. c. 40.* SOCRATES *Lib. VII. c. 10.* SOZOMENUS *Lib. IX. c. 6.* PROCOPIUS *de Bello Vandalico Lib. I. c. 2.* JORNANDES *de Regnorum Succession. p. 238. Tom. I. S. R. I.* PROSPER AQUITANUS, IDATIUS et MARCELLINUS *in Chronicis.* PAULLUS DIACONUS *Lib. XIII. p. 91 92.* Et Scriptores recentiores, MARIANUS SCOTUS *in Chronico apud Pistorium Nidanum Tom. I. p. 604.* GOTTFRIDUS VITEBBIENSIS *in Chronico apud eundem Pistorium Tom. II. p. 277.* HULDERICUS MUTIUS *in Chronico Germanico ibidem p. 641.* CAESAR BARONIUS *in Annal. ad A. C. 410.* quem urbis direptionem ad A. C. 410. referentem meliora edocuit ANTON. PAGIUS *in Critica ad an. eund.* Adde *Chronicon Hist. Codic. Theodos.* Ceterum,

Sumpserat ille quidem magnos sibi spiritus, magnam arrogantiam, eratque omnino talis, qualem tam effrenatarum gentium ducem esse oportebat: at in PLACIDIAE decore conservando tam caste est, tamque integre versatus, ut, vel moratarum reges nationum, exemplum inde capere posse viderentur. [20] THEOPHANES quidem, PLACIDIAM tum impuberem adhuc fuisse, dicit^c. Sed nos profecto non sumus ii, quibus haec persuadere posset. Ac primum quidem temporum rationibus sententiae distrahuntur. Nam PLACIDIA, calculum si accuratius subducas, annos jam tum compleverat viginti, idoneaque multo ante A. C. 400 fuerat EUCHERIO visa, quam in matrimonium peteret ambitiose. Denique vel hoc omnes Theophanis narrationi nervos elidit, quod Senatus Romanus in occidenda Serena nihil ante admisit, quam cuncta PLACIDIA rata habuisset; nisi quis amplissimum ordinem tam

parum

Ceterum, quibus Roma artibus a Visigothis capta sit, quasve conditiones Honorius accipere coactus, latius referre, nihil ad hunc locum, et, si ad hunc locum, nihil ad institutum nostrum.

^c THEOPHANES in *Chronographia* p. 65. ed. Paris. et p. 52. ed. Venet. ὁ Ἀλάρικος πάντα τὰ χεῖματα τοῦ παλατίου λαβὼν, καὶ τὴν ἀδελφὴν Ὀνωρίου ἀπὸ πατρὸς Πλακιδίαν μικρὰν οὔσαν παρθένον, πρὸς τὸ οἰκίῳ ἔθνος ἀπῆλθεν εἰς τὰς Γαλλίας. *Alaricus direpta, tota Palatii suppellectile et Placidia Honorii ex patre sorore, virgine impubere, ad proprios Lares et gentem in Gallias recessit. Sed quanto errore Theophanes in personis, locisque et temporibus definiendis non raro ducatur, demonstrarunt in animadversionibus suis reconditae viri doctrinae, JACOBUS GOAR et FRANCISCUS COMBERISIUS. Eodem, quo Theophanes, errore et JOANNES MALALA lapsus est Chronograph. Part. II. p. 18. ed. Venet.*

parum sibi arbitretur constitisse, ut ab impubere adeo puella, nec dum iudicii intelligentis, consilium petendum fuisset.

VII

ALARICUS igitur, Roma relicta, per Campaniam Bruttiosque transiit, utque Ataulphus, affinis suus, animum ad PLACIDIAM ducendam appelleret, sua auctoritate perfecit^d. Dum vero hic, quid ageret, [21] deliberaret, *Varane Cos. A. C. 410^e*. morte immatura omnia sunt disturbata. Gothi vero, comitiis sufficiendo regi habitis, cui Alarici partes deferrent, digniorem Ataulpho invenerunt^f neminem. Qui quidem, uti PLACIDIA maxime et formae et ingenii cultu commendabatur, ita cupidissime sibi
illam

^d MARCELLINUS *in Chronico: Alaricus Placidiam Ataulpho propinquo suo tradidit uxorem. PAUL. OROSIUS Lib. VII. c. 40. JORNANDES de Rebus Geticis c. XXXI. et, qui hunc totidem fere verbis exscripsit, PAULLUS DIACONUS Lib. XIII. p. 92. Tom. I. Scriptor. Rer. Italic. Muratorii ipsum Ataulphum Placidiam Romae cepisse tradunt. Cum vero satis inter omnes constet, Ataulphum demum, post Romam oppugnatam, suas copias cum Alarici conjunxisse, nihil his Triumviris potest esse iuscitius. Interim JORNANDES alio Libro de Regnorum Success. p. 238. adeo non sibi constat, ut tradat consentientia cum narratione Marcellini.*

^e Sunt, qui Alarici mortem perperam cum BARONIO *in Annal. ad A. C. 411. referunt.* Sed ISIDORUS *in Chronico* prodit, *Alaricum vicesimo octavo anno regni et anno Imperii Honorii Sextodecimo mortuum esse, quod sane tempus incidit in A. C. 410. ANTON. PAGIUS in Critica ad A. C. 411. n. 2.*

^f SOZOMENUS *Lib. IX. c. 8. PHILOSTORGIUS Lib. XII. n. 4. p. 545. ed. Reading. OLYMPIODORUS p. 146. ed. Venet.*

illam despondebat. Hoc loco non alienum videtur, quanta vis providentiae divinae sit, docere. Nam nisi PLACIDIAE blandimenta ad Ataulphi ingenium preces efficacissimae fuissent, ille Romam, mitius habitam ab Alarico, incredibili quadam delendae urbis libidine incensus, funditus eversum ivisset. Jam profecto in eo erat, ut e Calabria Romam versus contenderet, eamque oppugnatam non, ut Alaricus, rursus relinqueret, sed captam perpetuo occuparet². At PLACIDIA, ne quidquam horum [22] perficeretur, unice obstitit. Nam et acriori, quod nactus erat, ingenio hominis animum alio flectebat, et severos de illa re sermones tanta suavitate con-
diebat, ut, quamlibet hucdum ferocitate exultans, ab insita sibi pertinacia desisteret, Romanorumque

D

amicitiam

² OROSIUS *Lib. VII. c. 43.* *Ataulphus, cum esset animo, viribus, ingenioque nimius, referre solitus est, se inprimis ardentem inhiasse, ut oblitterato Romano nomine, Romanum omne solum, Gothorum imperium et faceret et vocaret; essetque Gothia, quod Romania fuisset, fieretque nunc Ataulphus, quod quondam Caesar Augustus.... Jam abstinere a bello et inhiare paci nitebatur, praecipue Placidiae, uxoris suae, feminae sane ingenio acerrimae, et religionis satis probatae, ad omnia bonarum ordinationum opera persuasum et consilio temperatum.* PAULLUS DIACONUS *Lib. XIII. pag. 92.* *Placidia multo Reipubl. commoda fuit. Nam ad hoc mariti animum acerrimo ingenio subtilibusque blandimentis inflexit, ut ultro a Romanis pacem peteret. In eo tamen errat PAULLUS DIACONUS una cum JORNANDE de *Rebus Get. c. XXXI.* quod Ataulphum Romam revertisse, locustarumque more cuncta erasisse, existimat. Sed hic tu adeas velim TILLEMONTIUM *Tom. V. p. 1273.* et Illustr. MASCOVIUM in *Hist. Germ. Tom. I. Lib. VIII. § 29. not. 6.**

amicitiam sibi cuperet conciliatam. Hic si quis tantum PLACIDIAM praeclare de Italia meritam dicat, minore, quam debebat, eam laude extollit, cum illa potius fuerit immanitatis expultrix, inventrixque legum, pacis item quietisque effectrix, magistra denique vitae, tum Ataulphi ipsius, tum omnium Gothorum.

VIII

SED quominus Ataulphi Honorique res ex PLACIDIAE sententia ad otium deducerentur, unus omnium Constantius, de quo deinceps plura dicemus, maxime impedivit. Qui cum ipse PLACIDIAE amore deperiret, eamque sibi desponderi optaret, nullo pacto ferendum putavit, ut femina tot ac tantis decoribus tam clare exsplendescens, tyranno, eique barbaro, relinqueretur^h. At Ataulphus tum demum se PLACIDIAM redditurum [23] dixitⁱ, cum tantum sibi annonae suppeditaretur, quantum

^h OLYMPIODORUS p. 148. Ἀτάουλφος δὲ Πλακιδίαν ἀπητείτο κατὰ σπουδὴν μάλιστα Κωνσταντίου, ὃς ὑψίτερον αὐτῇ καὶ εἰς γάμους ἔβουλεν. *Postulatum est ab Ataulpho, studio maxime Constantii, ejus quæ illam postea uxorem duxit, ut Placidiam redderet.*

ⁱ OLYMPIODORUS l. c. Ἀτάουλφος ἀπαιτούμενος Πλακιδίαν, ἀνταπήτει τὸν ὀρισθέντα σῖτον· ἀπόρων δ' ὄντων τῶν ὑποσχομένων εἰς τὸ δοῦναι, οὐδὲν δὲ ἤττον ὁμολογούντων, εἰ λάβοιεν, Πλακιδίαν παρασχεῖν. Καὶ ὁ βάρβαρος τὰ ὅμοια ὑπεκρίνετο. *Ataulphus, cum Placidia repeteretur, frumentum vicissim ipse promissum petiit. Cujus conferendi, etsi qui promiserant, copiam nullam haberent, nihilo tamen secius consentiunt, si Placidiam reciperent, accepturum. Ad quæ simili fere et ipse Barbarus simulatione utebatur.*

quantum ad exercitum suum alendum sustentandumque videretur esse satis. Verum haec alio spectabant, atque videri volebant. Nam cum ipse minime omnium ignoraret, quam esset Italia diuturnitate belli exhausta, quamque ne Honorius quidem, unde viveret, haberet: idoneam sibi occasionem nancisci visus est, PLACIDIAM jure vindicandi. Sic cum transigerent partes, biennium interfluxit. At vero cum neque Honorius, quae promiserat, alimenta praeberet, neque Campania, Tuscia, Picenum, Samnium, Apulia et Calabria^k quidquam frumenti amplius suppeditaret, Ataulphus, pace quamvis nondum stabilita, Galliam sibi A. C. 412 adeundam existimavit^l. Huc ut pervenit, summa ope nisus est, ut Honorium ad aequas adigeret pacis conditiones. Quas quo facilius obtineret, cum Jovino, qui Moguntiae tyranni personam sibi auctoritatemque sumserat, vires suas conjunxit. Sed cum iste haud satisfaceret expectationi de se concitatae, neque omnibus modis Ataulphi rebus consultum iret: factum est singulari Dardani^m,

D 2

Praefecti

^k Consule L. 7. *Codic. Theodosian de indulgent. debitor. ibique Jac. Gothofredum.*

^l PROSPER AQUITANUS *in Chronico h. a. Gothii rege Ataulpho Gallias ingressi.* CASSIODOR. *in Chronico h. a. His Coss. Gothii Rege Ataulpho Gallias intraverunt.* Hoc igitur anno primum Wisigothi regnum in Gallia suum constituisse dicendi sunt. ANTON PAGIUS *in Critica h. a. n. 20.*

^m OLYMPIODORUS p. 147. *ed. Venet. Ἀτάουλφος παραγίνεται ἄμα τῷ πλήθει πρὸς Ἰουβίνον Ataulphus cum copiis se confert ad Jovinum*

Praefecti Praetorio Galliarum, prudentia, ut Gothi a [24] societate Jovini divellerentur, pacemque cum Honorio, *Lucio et Heracliano Coss. A. C. 413.* inirent^a.

VIII

SED Constantii erga PLACIDIAM amor altius egerat radices, quam ut labefactari ullo tempore potuisset. Cum igitur Ataulphus in eo esse perhiberetur, ut connubium cum PLACIDIA concelebraret: ille, ut qui maxime et summa contentione solent, Principem repositendam duxit. At Ataulphus repetenti eas praetexuit conditiones, quae neque Constantio, neque Honorio ipsi tolerabiles videbantur^o. Tali modo

num PROSPER. AQUITANUS in Chronico ad annum Honorii 19. Jovinus tyrannidem post Constantinum invadit. Industria viri strenui, qui solus tyranno non cessit, Dardani, Ataulphus, a societate Jovini avellitur Vid. Prosopographia Cod. Theodos. voce Dardanus.

^a OLYMPIODORUS, p. 149. tradit, jusjurandum a legatis Ataulphi praestitum, ipsumque Jovinum a Gothis obsessum, captum, et ad Dardanum missum fuisse. Itaque de pace inita nemo dubitabit, quamvis ea diuturna non fuerit.

^o OLYMPIODORUS p. 149. *ed. Venet.* "Οτι Ἀδαύουλος τὸν γάμον μελετῶν Πλακιδίας Κωνσταντίῳ ταύτην ἀπαιτοῦντι, βαρυτέρας προὔτειναι αἰτήσεις, ἵνα διὰ τὴν ἀποτυχίαν τῶν αἰτήσεων, ἔυλογοὶ δέξῃ τὴν κατάσχισιν αὐτῆς πεποιημένα. *Ataulphus de Placidiae nuptiis satagens, Constantio eam postulanti gravioribus praetexit postulationes, ut si compos illarum non fieret, illa juste retenta videretur. PHILOSTORGIUS Lib. XII. p. 545. ed. Reading.* ubi Ataulphi nuptias exponit, lacunis tam hiulus est, nulla ut ei medicina adhiberi posse videatur. Nec erat, quod HENRICUS VALESIIUS in illo supplendo ingenio tantopere indulgeret. Verecundior fuit, nec sine ratione, JACOBUS GOTHOFREDUS.

modo Ataulphus *Constantio et Constante Coss. A. C.*
 414. Candidiano nuptiarum¹ conciliatore, PLACIDIAM uxorem Narbonae accepit². Diem igitur
 Mensis Januar. nuptiis dixerunt, in aedibus Ingenii [25]
 cujusdam celebrandis. Sed juvat, nuptiarum ritus
 ex OLYMPIODORO referre paulo fusius, quo, qui
 mos

¹ IDATIUS in *Chronico anno Abrahami 2430.* qui Kalendis
 Octobris A. C. 313. inchoatur, *Ataulphus*, inquit, *apud Narbo-*
nam Placidiam duxit uxorem. OLYMPIODORI narrationibus de
 his nuptiis, quae p. 148. 149. ed. Venet. leguntur, nihil potest
 esse praestantius. Verum ob illud ipsum longiores sunt, quam
 quae hic locum invenire possent. Recte quidem atque ordine
 facit, cum diem nuptialem A. C. 414. *Constantio et Constante*
Coss. Narbonae agitatum refert fuisse. Deteriora tradunt
 JOHANNES de *Reb. Geticis* c. 31. et PAULLUS DIACONUS in *fin.*
Lib. XIII. p. 92. Tom. I. Script. Rer. Italic. Muratorii. Nam
 uterque Ataulphum, dicit, in Foro Livii Placidiam in matrimo-
 nium duxisse. Sed pluris facio IDATII et OLYMPIODORI auctori-
 tatem, nisi quis Duumviros istos vel sponsalia in Italia celebrata
 putet respexisse, cujus Ill. MASCOVIO in mentem venit *Lib.*
VIII. Hist. Germanic. § 36. n. 1. GUILIEL. CATELLUS *Rer.*
Occ. Lib. III. p. 453. discrepantes scriptores ita sibi commode
 conciliasse visus est, si Ataulphum Placidiam A. C. 410. in Foro
 Aemelii sive Imolae duxisse quidem, at nuptiarum cerimonias ad
 A. C. 414. Narbonae peragendas, distulisse diceret. Sed nos
 quidem isto Gallo, si nihil certius affert, non aegre carebimus
 magistro. Conferantur viri eximii ANTON. PAGIUS in *Critica ad*
A. C. 414. n. 2. et DU FRESNIUS in *Famil. Byzant. p. 58. ed.*
Venet. et PHILIPPUS LABBEUS in *not. ad Olympiodorum.* Ex
 his patet, quantum CAROLUS SIGONIUS de *Regn. Occident. Lib.*
II. p. 184. conjectura aberraverit, cum non tam diem nuptialem
 apud Forum Cornelium agitatum, quamquam hunc quoque, quam
 ipsum Honorium ad illas honestandas Ravenna invitatum esse,
 tradit. Si quis vero Candidianum, nuptiarum conciliatorem,
 propius nosse velit, illi, credo, satisfaciet HENRICUS NORISIUS in
Historia Pelagiana p. 97.

mos apud illas gentes fuerit, lucide appareat. PLACIDIA igitur, cum regio ornata cultu, in aula apprime splendida, locum occuparet digniorem, assedit illi Ataulphus, non minus a natura ad decus dignitatemque fictus, quam hoc ipso tempore laenae cujusdam ornamento fulgens. Jam vero Ataulphus, quantum sibi in PLACIDIAE amore placeret, illustri prodidit documento. Nam cum pluribus lautissimis-que donis sponsam cumulavit, tum maxime quinquaginta pueros vestimentis nitide decoratos, liberaliter muneri dedit. Quod quidem donum auxit mirifice lapillorum auri-que haut exigua vis. Nec, dum traderetur, caruit decore. Juvenes enim illi aptissime in discis dona concinnaverant, quos utraque gestantes manu, PLACIDIAE offerebant. Cumque [26] sponsus sponsaque thalamum ingrederentur, more institutoque majorum, juvenes ac virgines lectum circumstantes, scite festiveque cantabant, Attalo primum, deinde Rustacio, Phoebadio denique praecinente. Sic illis nuptiis tam barbari, quam Romani, gavisissimi vehementerque laetati sunt⁹. Nec defuerunt eo tempore, qui tum maxime DANIELIS divinationem, qua *filia regis Austri Regi Aquiloni jungitur, nullo tamen superstite liberorum, facto comprobata, probe magis, quam acute, judicarent.*

X ATAULPHUS

⁹ IDATIUS in *Chronico An. Abraham. 2430.* In quo prophetia Danielis putatur impleta, qui ait *filiam Regis Austri sociandam Regi Aquilonis: nullo tamen ejus ex eo semine subsistente.*

X.

ATAULPHUS vero, ut GOTTFRIDUS VITERBIENSIS^r et OTTO FRISINGENSIS^s, scriptum reliquerunt, Heracleae, loco ad Rhodanum sito, regiam sibi constituit sedem, quam nomine Palatii Gothorum postea insignem fuisse scimus. Silvam etiam, quae hanc civitatem adjacet, in vetustis Monasterii S. Aegidii tabulis, silvam Gothicam, *la Selva Gothesca*, dici, prodit ille, quem paulo ante excitavimus, GUILIEL^r. CATELLUS. Neque minus JACOBUS [27] SPONIUS^u, priscæ vir doctrinae, inscriptionem in
 lucem

^r *In Pantheo Part. 16. p. 402. apud Pistorium Tom. II. Ataulphus vero, rex Gothorum, amore uxoris suae Placidiae, quae erat soror Honorii Imp. a finibus Romanorum discedit, et in Gallia prope civitatem Narbonensem, ubi hodie Villa S. Aegidii dicitur in loco, qui usque hodie Palatium Gothorum dicitur, consedit supra Rhodanum fluvium.*

^s *Chronic. Lib. IV. c. 21. apud Urstisium Tom. I. Sed Ataulphus amore uxoris Placidiae a finibus Romanorum secedit, ac in Gallias juxta provinciam Narbonensem, quam postmodum Vir Dei Aegidius inhabitans, metropoli ex nomine suo, ut villa S. Aegidii dicatur, dedit, in loco, qui usque hodie Palatium Gothorum vocatur, consedit.*

^u *Vid. Histoire de Comtes de Tolose p. 5. Adde ejusdem Memoires de l'histoire du Languedoc p. 453. ubi relatum leges, Monasterium S. Gilles in chartis vetustis, quae Monasterii bibliothecis attinentur, Monasterium S. Aegidii in Valle Flaviana dici. Credit igitur vir doctus, Vallem Flavianam a Flavio, in quo cognomine Wisigothi Reges sibi magnopere placebant, nomen invenisse.*

^v Confer, si placet, ejus *Miscellanea eruditae antiquitatis pag. 157.* Eandem Inscriptionem, tabulae marmoreae incisam, quae prope monasterium S. Gilles inventa sit, laudat PETRUS GABRIEL
 in

lucem protraxit, qua, quae laudati scriptores de hoc Gothorum Palatio enarrarunt, confirmari egregie posse, sunt, qui arbitrantur. Sed, ecce, tibi illud marmor:

ATAULPHO. FLAVIO.
 POTENTISSIMO. REGI. REGUM.
 RECTISSIMO.
 VICTORI. VICTORUM. INVICTISSIMO.
 VANDALICAE.
 BARBARIÆ. DEPULSORI, CAESAREAE.
 PLACIDIAE.
 ANIMAE. SUAE. DOMINIS. SUIS.
 CLEMENTISSIMIS.
 ANATILII. NARBONENSES. ARECOMICI.
 OPTIMIS. PRINCIPIBUS. IN. PALATIO.
 POSUERUNT.
 OB. ELECTAM. A. SE. HERACLEAM. IN. REGIAE.
 MAJESTATIS SEDEM.

XI SED

in Serie Praesulum Megalonensium p. 7. Ego tametsi non in dubium voco, quae GOTTFRIDUS VITERBIENSIS et OTTO FRISINGENSIS de Palatio Gothorum tradidere: tamen non possum non cum doctissimis Gallis, qui Languedociae Historiam nuper conscripserunt, falsitatis illam inscriptionem arguere. Adeas velim virorum optimorum disputationem p. 643. n. 46. quae quidem tam elegans idoneo harum rerum arbitro, Ill. MASCOVIO visa est, eam ut Observationibus ad Hist. Germ. Tom. II. p. 78. totam insereret. Ac primum quidem inter se homines apprime eruditi, JAC. SPONIUS l. c. JOANNES HARDUINUS in Plin. Lib. III. c. 4. et BOUCHE en histoire de Province, de loco, quo Inscriptio reperta dicitur, dissentiunt, quod quidem signum certis luculentum est, impostorem

XI

SED Ataulphus uberrimum sibi ex nuptiis fructum [28] cepisse visus est, cum PLACIDIA exoptatissimum eodem anno filium eniteretur, cui quidem nomen ab Avo Theodosio M. haesit. Hunc quamquam uterque parentum magnopere sibi congratulabatur: tamen illa laetitia fuit minus diuturna. Nam paulo post, turbato naturae ordine, e vita migravit. Ipse Ataulphus cum filio suscepto laetans, tum Placidiae suavitate delinitus, pacis conservandae studio, si quisquam alius, ducebatur. At Constantius, qui nuptias celebratas graviter molesteque ferebat, id sibi negotii datum esse putavit, ut illo ipso anno Ataulphum bello persequeretur*. Hic igitur bello

E laccessitus,

impostorem aliquem hanc tabulam subjecisse. Deinde FLAVII nomen nullis comprobatur monumentis, imo ex more Seculi Flavius Ataulphus, non Ataulphus Flavius scribendum fuisset. Denique pueriles verborum lusus: *Regum rectissimus, Victorum invictissimus*, minutum quoddam et umbrativum redolent ingenium, qualia tulerunt superiora tempora. Ista vero *Caesarea Placidia* vel Heracliteae severitatis homini risum excuteret. Nam barbarus ille Inscriptionis auctor, quisquis demum fuerit, historiae lumine destitutus vim ac potestatem, quam veteres verbo *Caesareae* subjecere, minime intellexit. Plura laudati viri suppeditant argumenta, ad auctoritatem harum tabularum infringendam, comparata.

* OLYMPIODORUS p. 149. ed. Venet. ὅτι Ἀδαούλφος, τεχθίπτος αὐτῆ ἐκ τῆς Πλακιδίας παιδὸς ᾧ ἐπέθηκε κλησὶν Θεοδοσίον, πλείον ἢ σπάζετο τῶν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν. Κωνσταντίου δὲ καὶ τῶν περὶ Κωνσταντίου ἀντιπρατόντων, ἔμειν ἀπρακτος ἢ τούτου καὶ τῆς Πλακιδίας ὀσμῆ. *Ataulphus, nato sibi e Placidia filio, cui Theodosio nomen dedit, Romanam amplius Republicam amare videbatur. Verum Constantio*

Iacessitus, Attalum, quem, tanquam inanis imperii simulacrum, secum ex Italia duxerat, ad insignia^r [29] Augustalia resumenda, incitavit. At Constantius cum copiis in Galliam profectus, Gothis fuit superior, et Ataulphum e Gallia in Hispaniam secedere coëgit, *Constantio et Constante Cons. A. C. 414²*. Sequenti vero *A. C. 415. Honorio X. et Theodosio VI. Cons.* Ataulphus Barcinonae consedit, in qua civitate filium Theodosium sepeliendum^r curavit. Ipse

stantio ejusque asseclis repugnantibus, ejus et uxoris Placidias (pacis ineundae) conatus frustra tulerunt.

^r PROSPER AQUITANUS *in Chronico ad Consulatum Constantii et Constantis A. C. 414. Attalus, inquit, Gothorum consilio et praesidio tyrannidem resumit in Galliis. Adde PAULINUM in Eucharistico v. 298.*

*Solis quippe Gothis fretus, (Attalus) male jam sibi notis,
Quos ad Praesidium vitae praesentis habere
Non etiam imperii poterat, per se nihil ipse
Aut opibus propriis, aut milite nixus.*

^r OROSIUS *Lib. VII. c. 43. Anno ab U. C. MCLXVIII. Constantius Comess Gothos Narbona expulit, atque abire in Hispaniam coepit. Hic annus U. C. ex computatione Capitolina incidit in Consulatum Constantii et Constantis A. C. 414. Consulatur ANTON. PAGIUS in Critica ad an. cit. n. 3. IDATIUS in Chronico ad an. Honor. XXII. i. e. A. C. 414. Ataulphus, inquit, a Patricio Constantio pulsatus, ut relicta Narbona Hispanias peteret, per quendam Gothum apud Barcinonam inter familiares fabulas trucidatur.*

^r OLYMPIODORUS et IDATIUS locis citatis. FRANCISCUS DIAGO *in Historia Comitum Barcinonensium Hispanice conscripta Lib. I. c. 13. 35. Ataulphum, existimat, Barcinonam tum sibi regiam sedem legisse, quod mihi quidem secus videtur. Certe observavit inde, quid Constantius adversus se moliretur.*

Ipsē paulo post inter bellicos apparatus, fraude servi cujusdam, quem Dobbium vocant, interiit, coeli prius fuinam, quam tale quid praecipiens cogitatione, quippe equos suos de more in stabulo dicitur contemplatus^b. Hinc satis apposite CAROLUS SIGO-[30]NIUS^c eum propterea a Gothis occisum iudicat, quod Placidiae voluntati obsecutus, prius, quam par erat, pacis studia coluisset.

XII

Jam Ataulphus moriens animo praesagiebat, se extincto, Placidia, Gothis exosa, nihil infelicius futurum. Quare fratri suo, ut eam Honorio redderet, imperavit^d. Neque vano illē divinavit augurio. Nam Singerichus quidam non lege, sed partium

E 2

studio

^b PROSPER AQUITANUS in *Chronico Honorio X. et Theodos. VI. Coss. A. C. 415. Ataulphus a quodam suorum vulneratus interiit. PAULLUS OROSIUS Lib. VII. c. 43. Ataulphus apud Barcinonem, Hispaniae urbem, dolo suorum, ut fertur, occisus est. OLYMPIODORUS p. 149. Εἶτα ἀναιριῖται καὶ Ἀδάουλφος, (εἰς ἐπιτήρησιν τῶν οἰκίων ἵππων, ὡς εἰδιστο αὐτῇ, διατρέβων ἐν τῷ ἵππῳ) ἀναιρεῖ δὲ αὐτὸν εἰς τῶν οἰκίων Γέτθων Δόββιος τοῦνομα. Interficitur deinde et Ataulphus ipse (dum equos suos de more in stabulo contemplatur) a Gotho quodam ejus domestico, Dobbii nomine. JORNANDES de Rebus Geticis servum istum Vernulfum vocat. Occubuit gladio perforato Vernulfi, de cujus solitus erat ridere statura. AUCTOR Chronici Paschalis ad A. C. 415. p. 216. caedem Honorio tribuit, ut adeo aliquis ab Constantio, qui scelus patraret, subornatus esse videatur.*

^c De Regno Occidentali Lib. XI. p. 187.

^d OLYMPIODORUS p. 149. Τελυτῶν δὲ Ἀδάουλφος προσίταττι τῇ ἰδίῳ ἀδελφῷ ἀποδοῦναι Πλακιδίαν. Moriens Ataulphus fratri suo injunxit, Placidia ut Honorio redderetur.

studio ad regnum delatus, et Ataulphi liberos e priori conjugē susceptos interemit, et in PLACIDIAM adeo ipsam rabie saeviit tanta, ut in pristini mariti contumeliam, una cum reliquis captivis, pedibus ante equum incedere sit coacta, idque omni illo spatio, quod est ab urbe ad duodecimum usque lapidem^c. Sed hęc teterrimum hominis monstrum terra non diu tulit. Septem enim dies cum furore esset debachatus, Gothorum ferro occubuit^f. Hunc [31] in regno excipit Vallia, mitius a natura ingenium nactus. Quamquam enim initio transitum contra Honorium in Africam moliebatur, ac postea bellum terra gerendum^g adornabat: a priori tamen conatu naufragio, a posteriore quidem Constantii virtute se depulsum sensit. Misit igitur, qui pacem hac facerent

^c OLYMPIODORUS *l. c.* Διάδοχος δὲ ὁ τοῦ Σάρου ἀδελφὸς Σιγγέριχος, σπουδῇ μᾶλλον καὶ δυναστείᾳ ἢ ἀκολουθίᾳ καὶ τόμῳ γίνεται. . . . Καὶ τὴν Πλακιδίαν εἰς ὑβριν Ἀδαουλφου, ἐκ ποδῶς προσηγήσασθαι τοῦ ἵππου ἅμα κ. τ. λ. *At qui successit Sarii frater Singerichus, studio potius ac vi, quam successione ac lege creatus. . . . Atque ipsam Placidiam reginam, in Ataulphi scilicet contumeliam pedibus ante equum ambulare coegit etc.*

^f OLYMPIODORUS *l. c.* Ἐπτὰ δὲ ἡμέρας ἄρχας, ἀναιρεῖται. Ἡγερῶν δὲ τῶν Γότθων Οὐαλίας καθίσταται. *Septem ille dies cum imperasset interemptus est, et Gothorum dux Vallia constituitur. Cum Singericho nihil fuerit ab humanitate alienum magis, nihilque atrocius, mirabile mihi videtur, illum ab OROSIUS Lib. VII. 3. c. 43. Dei iudicio ad pacem propensum dici.*

^g OROSIUS *Lib. VII. c. 43. Deinde Vallia successit in regnum, ad hoc electus a Gothis ut pacem infringeret, ad hoc adornatus a Deo, ut pacem confirmaret. . . . Placidiam Imperatoris sororem, honorifico apud se honesteque habitam, fratri reddidit. Juvabit ipsum Orosium evolvisse, quippe qui haec omnia explicat fusius.*

rent conditione, ut, annona recepta, PLACIDIA redderetur^h. Constantius igitur, qui nunc tandem digito sibi coelum attigisse videbatur, e vestigio frumentum, Euplutiumqueⁱ Magistrianum, qui foedus percuteret, transmisit. Idem et PLACIDIAM Theodosio VII et Palladio Coss. A. C. 416. ab exercitu mox ad Honorium^k mittendam reduxit.

Constantius

^h JORNANDES *de Rebus Geticis* c. 32. *Constantius orans cum copia armatorum, et pene jam regio apparatu Hispanias petit. Cui Vallia Rex Gothorum non minori procincta ad claustra Pyrenaei occurrit: ubi ab utraque parte legatione directa, ita convenit pacisci, ut Placidiam sororem principis redderet, suaque solatia, Romanae Reipubl. ubi usus exigeret, non denegaret.* PHILOSTORGIUS *Lib. XII. n. 4. p. 546.* Ἐκ τούτου τὸ Βάρβαρον πρὸς Ὀσίριον σπύδεται, καὶ τὴν οἰκίαν ἀδελφῆν, καὶ τὸν Ἀτταλον τῷ βασιλεῖ παρατίθεται αὐτοῖ, σιτήσισί τε δεξιόθεν. *Exinde barbari foedus cum Honorio percusserunt, et Placidiam sororem atque Attalum Imperatori Honorio tradiderunt, cum prius ipsi ab Imperatore annonas accepissent.* De eadem annona data fidem facit OLYMPIODORUS loco mox laudando. De obsidibus utrinque in fidem datis, quorum mentionem fecit Orosius, accurate disseruit CAROLUS SIGONIUS *de Occid. Imperio Lib. XI. p. 188.*

ⁱ OLYMPIODORUS p. 150. Ὅτι Εὐπλούτιος ὁ μαγιστριανὸς πρὸς Οὐάλιον, ὃς τῶν Γότθων ἰχρημάτιζε φύλαρχος, ἀποστέλλεται, ἵφ' ἧ σπονδὰς τε δεσθαι ἰερηνικὰς, καὶ ἀπολαβεῖν τὴν Πλακιδίαν. *Euplutius Magistrianus ad Valliam, Gothorum praefectum, mittitur, qui pacis foedera iniret Placidiamque reciperet.*

^k PROSPER AQUITANUS *in Chronic. Theod. VII. et Palladio Coss. A. C. 416.* *Placidiam, Theodosii Imperatoris filiam, quam Romae, Gothi ceperant, quamque Ataulphus conjugem habuerat Vallia, pacem Honorii expetens reddidit, ejusque nuptias promeretur Constantius.* CASSIODOR. *in Chronico Iisdem Coss. His Coss. Gothi placati, Constantio Placidiam reddiderunt, cujus nuptias promeretur.* Idem legitur apud PAULLUM OROSIUM *Lib. VII. c. 43.*

Accedit

[32] Constantius vero, cui campus obtigerat, in qua excurrere virtus spectarique posset, sequenti anno operae pretium tulit. Nam et consul iterum designatus est, et PLACIDIAE matrimonio decoratus.

XIII

JAM vero, qualis quantusque vir fuerit ille Constantius, quam brevissime res patitur, nobis erit docendum. Constantius igitur Illyrius ex urbe Panaeso, sive, ut PHILIPPUS LABBEUS¹ ad Olympiodorum

Accedit tandem *L. ult. Cod. Theodos. infirmant. his, quae sub tyrann. inscripta Constantio Comiti et Patricio, dataque A. C. 416. Raven. Kalend. Mart.* qua Honorius criminum gratiam facit iis, qui operas suas hostibus in depopulando voluerant esse adjutrices. Ergo jam ante Kalendas Martias pax cum Gothis constituta debet videri. Conf. JACOB. GOTHOFREDUS *ad h. l.* et ANTON. PAGIUS *in Critica ad A. C. 415. n. 25.* Fabulam vero fictam sapit narratio ZONARAE *in Annal. Lib. XIII. p. 31. Tom. II. Oper. ed. Venet.* itemque MALALAE *in Chronogr. Part. II. p. 18.* Quorum uterque Placidiam perhibet, ab Alarico captam, traditamque Constantio cuidam Comiti custodiendam, qui, cum eam, invito Alarico, ad fratrem perduxerit, primum ad Senatoriam dignitatem, deinde ad affinis gradum, denique ad Augusti fastigium, adspiravit.

¹ OLYMPIODORUS p. 152. Ὅτι Κωνσταντίος, Ἰλλύριος ἦν τὸ γένος, ἀπὸ Παναΐσου πόλεως τῆς Καδίας, καὶ πολλὰς στρατείας ἀπὸ τῶν Θεοδοσίου χρόνων διελθὼν, ὑπερῶν καὶ εἰς βασιλεῖον ἀρχὴν ὑπέβη. *Constantius genere Illyrius fuit e Panaeso, urbe Daciae, qui multis obitis jam inde a Theodos. M. temporibus militiae muneribus, ad summum tandem imperii apicem evectus est.* De Naiso uberius disputavit et fusius is, quem laudavi, PHILIPPUS LABBEUS *in notis ad l. c. p. 204.* et PETRUS WESSELIUS, Academiae Ultrajectinae, quin interiorum literarum lumen, verumque ornamentum p. 566. in exquisitissimis annotationibus, quibus *Itinerarium Hierosolymitanum,*

piodorum suo periculo legi jubet, Naiso, jam inde a Theodosii M. temporibus stipendium meruit^a, [33] tantamque Honorio virtutem probavit, ut A. C. 412. Magister militum, *L. ult. Cod. Theodos. de desertor.* et A. C. 414. Consul in Occidente crearetur^b. Cumque in bello Gothico multa fortiter animosæque fecisset, eodem anno, quo pacem cum Gothis factam esse diximus, et Comitiva et Patriatus dignitate ab Honorio est ornatus. Sane harum titulum dignitatum praefert *Inscriptio Leg. ult. Cod. Theodos. de infirmandis his, quae sub tyrannis.* A. C. 417. iterum cum Honorio Aug. iniit consulatam, et hoc tandem tempore, PLACIDIAM, tot expetitam votis, nuptiarum sibi foedere junxit^c. Quae quidem tantum abfuit, ut sibi in hoc sponso placeret, ut potius, quomodocunque poterat, repudiaret. Tandem, cum diu multumque recusaret, ipse eam frater, manu arreptam, Constantio eodem, quo Consulatam iniit, die, tradidit in manus.

mitanum, optimo quoque applaudente, voluit esse locupletatum.

^a SOZOMENUS *Lib. IX. c. 13. 14.* PROSPER AQUITANUS *in Chronico, Theodos. Aug. IV. Cos.* IDATIUS *in Chronico ad An. XVII. Honor. A. C. 411.*

^b Consulantur ANTON. PAGIUS *in Critica h. a.* PETRUS RELANDUS *in Fastis, Chronologia et Prosopographia Cod. Theodos.*

^c OLYMPIODORUS p. 151. Ὅτι ἕκτος ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος προελθὼν τὸ ἑνδέκατον, καὶ σὺν αὐτῷ Κωνσταντίῳ τὸ δεύτερον, τὸν Πλακιδίας γάμον ἐπιτιλοῦσιν. *Honorius Aug. XI. et Constantius II. Coss. creati, Placidiae nuptias conciliant.*

nus^r. Anquirentibus vero nobis, quid esset, quod PLACIDIA has nuptias tanta pertinacia detrectasset, [34] duorum imprimis venit in mentem, quorum alterum ad Constantii formam, alterum ad PLACIDIAE iracundiam videtur pertinere. Namque Constantii membra non tam apta compositione, quam Ataulphi, oculos movebant; cujus omnes partes inter se cum miro quodam decore consensisse perhibentur. Fuit enim Constantius truci minacique vultu, oculis justo majoribus, cervice sublata, verbo, parum amabilis sexui castiori, ut adeo PLACIDIAE ancillae sub ejus adspectum aegre risum continerent⁹. Neque injuriae, quibus Ataulphum Constantius affecerat, tam cito e PLACIDIAE animo poterant effluere. Si enim in mentem revocabat, unum Constantium et pacem cum Honorio ineundam turbasse, et bello maritum graviore pressisse, et caedem denique, quod Gothorum animi exasperabantur, admaturasse, non potuit fieri,

^r OLYMPIODORUS p. 'Εφ' ὃ πολλὰ μὲν αὐτὴ ἀνανήσουσα, Κωνσταντίου παρισκιάσει κατὰ τῶν αὐτῆς ὀργίζεσθαι θεραπότων. Τίλος ἐν τῇ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ, ἀπὸ χειρὸς ταύτην ὁ βασιλεὺς καὶ ἀδελφὸς Ὀνώριος ἀκουσαν λαβῶν, ἐγχειρίζει παραδιδούς Κωνσταντίῳ. *Sed has ipsas nuptias cum vehementer detrectaret, effecit, ut ipsius famulis indignaretur Constantius. Tandem nihilominus ipso, quo consulatum iniiit die, manu ipsam arreptam Honorius Imp. frater ejus invitam in manus Constantio dedit.*

⁹ OLYMPIODORUS p. 148. formam Constantii satis graphice descripsit, belle, arbitrans, in eum convenire EURIPIDIS illud: Πρῶτον μὲν ἴδος ἄξιον τυρανίδος. Aliter hic sentit, neque injuria, PHILIPPUS LABBEUS, nisi quis forte illud ἐπιφώνημα, cujus et ipsi hic viro erudito in mentem venit, ab Olympiodoro ἱερεικῶς ἠντικειμένον subjectum putet.

fieri, quin tantum non capitali eum odio persequeretur.

XIII

SED neque PLACIDIA sua obstinatione vim humanitatis compressit. Nam illo ipso anno, quo nuptias celebraverat, aut initio sequentis 418. JUSTAM GRATAM HONORIAM in lucem videtur edidisse^r. Constantius tum maxime, devictis, Val- [35] liaeope,

^r OLYMPIODORUS p. 151. Εἶτα καὶ παῖς αὐτοῖς τίχεται, ἣν ὀνομάζουσιν Ὀνορίαν καὶ ἕτερος πάλιν, ᾧ κληθῆναι ἴδιον Οὐαλιντινιανός. Hinc nata iis filia est, quam Honoriam appellarunt: filius item, cui Valentiniani nomen datum. Cum vero Valentinianus A. C. 419. natus sit, ut mox probabimus: HONORIA aut A. 417. aut initio 418. lucem aspexit. Integrum ejus nomen nobis servavit AGNELLUS *Lib. Pontifical. Part. I. in vita S. Joannis, τοῦ Ἀγγελόπου Cap. 6. p. 68. Tom. II. Script. Rer. Ital. Muratorii*, ubi inscriptionem producit, in templo S. Joannis Ravennae, Galla Placidia curante, collocatam: SANCTO AC BEATISSIMO APOSTOLO JOANNI EVANGELISTAE GALLA PLACIDIA AUGUSTA, CUM FILIO SUO VALENTINIANO AUGUSTO, ET FILIA SUA JUSTA GRATA HONORIA AUGUSTA, LIBERATIONIS PERICULO MARIS VOTUM SOLVIT. Recte BENEDICTUS BACHINIUS, qui commendatione nostra non eget, ad hunc locum observavit, Placidiam in una hac filia, geminarum aviarum, JUSTAE videlicet et GRATAE, Gallae, matris suae, sororum, ex seniore Valentiniano progenitarum, memoriam conservare voluisse. JANUS etiam GRUTERUS *in Corpore Inscriptionum MXCVIII. 1.* idem hoc monumentum publici juris fecit, in quo id quidem inprimis singulare occurrit, quod HONORIA titulo AUGUSTAE insignitur. Sed quamvis omnes Historici de hac taceant dignitate, bene tamen res habet. Nam CAESAR BARONIUS e museo Laelii Pasqualini *in Annal. ad A. C. 454.* et ex eo CAROL. DU FRESNIUS *in Famil. Byzant. p. 54.* aureum protulerunt numisma, hoc titulo, DN JUST GRAT HONORIA P^r A^{ve}

liaeope, Suevis, Alanis, Vandalis, amplissimos sibi triumphos parabat, et *Monaxio et Plinta, Coss. A. C. 419.* tradita Valliae Aquitania, Galliam omnem reddidit

Aug et in altera parte **SALUS REIPUBLICAE**, addito Christi monogrammate in corona quercea, et infra **CONOB.** Vidit et **HENRICUS NORISIUS**, uti ipse narrat in *Addendis ad Histor. Pelagianam pag. 2.* aureum numum inter numismata Illustriss. Comitis Joan. de Lazara, qui altera parte iisdem literis, quo prior numus, altera vero Cruce coronata, signatus fuit. Ac nobis quidem credibile est, **HONORIAM** hoc titulo Constantinopoli fuisse ornatam, quo Attilae furor mitigaretur. Refert enim **JORNANDES de Regnorum successione p. 239.** ipsam flagrasse cupiditate nubendi, clamque ad Attilam, Hunnorum Regem misisse, qui ejus sibi amorem et nuptias adeo conciliarent. Interim vero, cum mollis femina atque aetate fluxa amore sexus superioris debacharetur, allexit Eugenium, Procuratorem suum, ut muliebri decus, acerrime hucusque a se conservatum, expugnaret. Neque enim consilia, Attilae sibi conciliandi, satis poterant celari. Cumque exirent ea in vulgus, a fratre Valentiniano, ne in Attilae manus veniret, **A. C. 434.** Constantinopolim missa est. **MARCELLINUS in Chronico Ariobindo et Aspare Coss. A. C. 434.** *Honoriam, Imp. Valentiniani soror, ab Eugenio, procuratore suo, stuprata concepit, palatioque expulsa, Theodosio Principi de Italia transmissa est. Attilam enim contra Occidentalem rempubl. concitabat.* Idem plane testatur **JORNANDES l. c.** Legimus apud **PRISCUM PANITEM in excerptis Legation. p. 27. Tom. I. Script. Rer. Byzant.** Attilam, auditis iis, quae Honoriam acciderant, Legatos in Occidentem misisse, qui Honoriam, dum matrimonium cum Attila contrahere voluisset, nihil se indigni fecisse demonstrarent. Et certe, cum Attila **A. C. 452.** Italia longe lateque vastata, Romae immineret, refert **JORNANDES de Rebus Geticis c. 42.** eum esse, legatis obviam missis, minitatum, graviora se in Italiam mala illaturum, nisi Honoriam sibi traderent, opumque illius portionem. Neque minus **AUCTOR Historiae Miscellae Lib. XV, p. 98. Tom. I. Script. Ital. Muratorii.** Attilam, scribit, Honoriam, cum parte regni debita, postulasse. Consule praeterea **ZONARAM**

reddidit pacatiorem. Eodem anno, quo, fractis [36] hostium opibus, domum revertit, singularem ex filio quo eum Placidia A. C. 419. auxerat, laetitiam

F 2

percepit.

ZONARAM in Annal. Tom. II. p. 39. Ed. Paris. et p. 31. ed. Venet. THEOPHANEM in Chronographia p. 90. Ed. Reg. et p. 72. ed. Venet. qui quidem eam perperam Honoriadem appellat. *HIERONYMUM RUBEUM in Historia Ravennatensi Lib. II. p. 100.* *ANTON. PAGIUM in Critic. ad Annal. Baronii A. C. 435. n. 42.* *CAROLUM DU FRESNIUM in Famil. Byzant. p. 59. ed. Venet.* qui tamen in eo errat, quod Valentinianum Honoriam cum parte regni tradidisse dicit. Nec minore errore *PROSPER AQUITANUS ad A. C. 423.* *CASSIODORUS ibid.* *CUSPINIANUS* et recentiores *DIONYSIUS PETAVIUS* et *JOAN. BAPTISTA RICCIOLUS* ducuntur, qui utramque Placidiae prolem masculam dixere.

PROSPER AQUITANUS in Chronic. Monaxio et Plinta Coss. A. C. 419. *Constantius, inquit, pacem firmat cum Vallia, data eidem ad habitandum secunda Aquitania et quibusdam civitatibus confinium provinciarum.* Quae omnia *IDATIUS in Chronic. Anno Honorii 24. i. e. A. C. 418.* exponit paulo largius.

OLYMPIODORI locum, ubi de Honoria disserendum erat, adscripsimus. *PROSPER AQUITANUS in Chronico, Honorio XII. et Theodos. VIII. Coss. Placidiae filius nascitur VI. Non Julias. THEOPHANES in Chronograph. ad an. XI. Theodosii, i. e. A. C. 418. p. 57. ed. Venet. τῷ δὲ αὐτῷ ἔτσι ἰγνηνίδη Οὐαλεντινιανὸς ὁ υἱὸς Κωνσταντίου καὶ Γάλλας Πλακιδίας ἐν Ραβέννη.* Eodem anno *Valentinianus* patre *Constantio* et *Galla Placidia Ravennae* natus est. Sed paulo post, quasi correcturus se ipsum, eadem verba Anno sequenti 419. repetit. *MARCELLINUS in Chron. Monaxio et Plinta Coss. A. C. 419.* et *IDATIUS* eodem anno *Valentinianum* natum esse contendunt, quibus nos quidem eo lubentius suffragamur, cum *OLYMPIODORUS* in fine fragmenti, *Valentinianum Septennem Augustum* dicat esse renunciatum. Factum vero illud est, prope praeterlapso A. C. 425. Cogitur igitur ex his, ipsum ante A. C. 419. natum non fuisse. Accedit aliud momentum, neque id contemnendum. *IDATIUS in Chronico, Valentinianum* aetatis suae *XXXVI.* necatum esse tradit. *Valentinianus A. C. 455. nefaria cecidit manu.* Ergo anno demum 419. lucem aspexit.

Dicm

[87] percepit. Hic postea Valentiniani III. nomine regnum Occidentale administravit, nec est, quod quicquam de eo huc transferamus, cum plurimis monumentis sit ejus nomen celebratum. Tantis, vero, tot rebus gestis cum Constantius magis ac magis illustraretur, dignissimus Honorio visus est, qui Theodosio in Vicennialibus Consuli prodeunti A. C. 420. in Occidente Collega daretur^a. Ipse non minus,

Diem ejus natalem ex POLEMI SYLVII laterculo apud Bollandum in *Praefat.* ad Vit. SS. Mens. Januar, stabilivit ANTON. PAGIUS ad A. C. 418. n. 73. Ibi enim ad VI. Non. Julias legitur: *VI. Nonas Julii Natalis genuinus Dn. Valentiniani.* Parum tamen placet hic calculus BENEDICT. BACHINIO. V. Cl. in *notis ad Agnelli Librum Pontifical.* p. 74. Tom. II. *Script. Rer. Italic. Muratorii*, PROSPERUMQUE secutus, statuit, PLACIDIAM Kal. Januar. A. C. 417. Constantio nubentem, decem et octo mensium spatibus (tot enim intercedunt inter praedictam diem et secundum Jul. sive VI. Nonas Julias 418. Valentiniani natalem) Honoriam primum, deinde Valentinianum parere potuisse. Cumque ille septimum tum egisse annum Olympiodoro dicatur, cum primum Augusti nomen usurpavit, A. nimirum C. 425. X. Kalend. Novembr. sive 23. Octobr. annum septimum completum aptius intelligi apud Olympiodorum censet. Verum ipse AGNELLUS, cujus tamen sententiam vir eruditissimus sibi defendendam sumpsit, eo nos adigit, ut Olympiodorum annum septimum minus completum in animo habuisse credamus. Ita enim AGNELLUS *Libr. Pontifical.* Part. I. in vita Joannis τοῦ ἀγγλιόπου Cap. V. scribit: *Valentinianus, cum bis ternos annos et quatuor tempora anni essent, Dico Honorio, patruo suo, in imperium successit.* Agnellum vero imperii nomine Caesarem indicasse dignitatem, non item Augustale fastigium, BACHINIUS fortasse sibi soli persuasit, qui doctissimis alioquin observationibus, curaque paene anxia, scriptoris barbarie iniquissimae, tenebras dispellit.

^a Vide ANTONIUM PAGIUM in *Critica ad h. a. et Perarum Bollandum in Fastis.*

minus, quam PLACIDIA, plurimum illo tempore [38] auctoritate apud Honorium valebat, quem etiam invitum eo adegit, ut A. D. 421. simul cum uxore Augustali honore, puerulus vero Valentinianus Nobilissimi titulo ornaretur*. Sed cum more institutoque

* OLYMPIODORUS p. 151. ed. Venet. Ὁ δὲ Κωνσταντῖος συμβασιλεύει Ὀνωρίῳ, αὐτοῦ μὲν χειροτονοῦντος, ἀλλὰ σχεδὸν ἄκοιτος. Χειροτονεῖται δὲ καὶ ἡ Πλακιδία Αὐγούστια, τοῦ τε ἰδίου ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀνδρός, χειροτονησάντων. Εἶτα πέμπεται πρὸς Θεοδοσίον, ὃς ἀδελφιδοῦς ἔστι Ὀνωρίου, τῶν πρὸς ἑω μερῶν ἰβασίλευσιν. Ἡ ἀνάρρησις μηνουμένη τῆς Κωνσταντίας βασιλείας καὶ μένει ἀπαράδεικτος. *Constantius vero Honorii in Augustali imperio collega fit, ab illo quidem ipso, sed paene repugnante, constitutus. Placidia quoque Augusta a fratre et marito dicta est. Dein ad Theodosium, qui fratre Honorii genitus Orientis partibus Augustus imperabat, de Constantii Imp. electione nuntius mittitur, minimeque receptus est.* His fere consimilia enarret PHILOSTORGIUS Lib. XII. p. 550. CAESAR BARONIUS in *Annal. ad A. C.* 423. PROSPERUM auctorem probans, Constantium eodem anno, quo Consul factus est, a Caesaris ad Augusti dignitatem putat aspirasse. Falso. Nam Constantius, quantum scimus, nunquam Caesaris nomen gessit, et anno tantum 421. idem et Augustus creatus est et decessit. Neque hic IDATIUS et CASSIODORUS sunt audiendi. Quodsi A. C. 420. Augustus jam nuncupatus fuisset, leges, eo anno latae, procul dubio, ejus nomen praeferrent. Sed in Codice Theodosiano, si inscriptionem spectes, *Honorium tantum et Theodosium A. A.* deprehendes: sin subscriptionem, *Theodos. IX. et Constantio V. C. Coss.* Anno vero sequenti 421. quatuor occurrunt in Codice eodem Constitutiones, quarum inscriptio haec est: *Impp. Honorius et Theodosius et Constantius A. A. A.* Quod quidem luculento argumento est, illum hoc demum anno ad supremum illud fastigium pervenisse. *Vide Chronologiam Cod. Theodos.* Suffragatur nobis THEOPHANES in *Chronographia*, qui annum adeo et diem inaugurationis designat. Nam ad A. C. 413. secundum Computat. Alexandrinam, qui inchoatur Mense Septembr. A. C. 420. haec habet: Τούτω τῷ ἔτει

[39] tutoque majorum ejus imagines Constantinopolim mitterentur, a Theodosio minime sunt receptae. Quam quidem injuriam cum Constantius nullo modo ferendam putaret, sagum sumpsit, fortunamque belli statuit experiri⁷. Sed vitae brevitās vetuit spes tam longas inchoare. Namque moerore, quem inde hauriebat, quod imperium suscepisset, adeo affligebatur, ut septimo imperii sui mense Ravennae de vitae discederet statione². Hic etsi tristi truculentoque adspectu omnia omnibus minari videbatur, illa tamen aetas neminem tulit lepore et urbanitate conditiorem. Nam tantum in conviviis sibi indulisit, ut, cum minis, ad mensam ludentibus, certare, ne dedecori quidem sibi esse putaret. Neque quisquam eum vitae integritate, temperantia, moderatione

ἔτι Καισιλάτιος ὁ πατήρ Οὐαλεντινιανὸν ἐβασιλεύσειν πρὸ ἐξ εἰδῶν Φεβρουαρίου. Καὶ ἐσφάγη πρὸ τεσσαρῶν ἡμέρων Σεπτεμβρίου. *Hoc anno Constantius Valentiniani pater imperium obtinuit sexto Idus Februarius: quarto vero Nonas Septembris occisus est.* Ex his satis liquet Constantium VIII. die mensis Februar. 421. electum, jam II. die Mens. Septembr. fato fuisse functum. Igitur et PHILOSTORGIUS, qui menses tantum sex ejus imperio tribuit, ultimum, tanquam minus absolutum, siluisse dicendus est. Constat porro ex OLYMPIODORO, Placidiam cum Constantio demum Augustae nomine esse salutatam. ANTON. PAGIUS in *Critica ad Baronii Annales A. C. 420. n. 2. seq.* TILLEMONTIUS n. 46. ad *Vitam Honorii.*

⁷ Videatur OLYMPIODORUS et PHILOSTORGIUS *l. c. ad not. x.*

² IDATIUS in *Chronico ad an. 27.* Honorii Constantius, inquit, *Imperator, Ravennae moritur in suo tertio Consulatu.* PROSPER AQUITANUS in *Chronico, Agricola et Eustathio Coss.* Constantium dicit animam efflasse.

tione anteivit. Quid autem de pecuniae despicientia commemorem? quae quidem in eo fuit tanta, ut, antequam Placidiam duceret, paene pro-
funderet omnem^a. Sed cum uxor rei familiari diligentius servire institueret, adeo et ipse fervebat ferebaturque avaritia, ut plurimos per injuriam opibus exueret suis^b. Memoria vero Constantii duobus vetustis monumentis conservatur, quorum alterum in Italia Albingae, alterum in Germania propter Augustam Trevirorum est repertum. Albinga quidem, uti antiquitate, ita excellentia quadam alia, supra reliquas quondam eminuit civitates. Hunc ei honorem Constantius attribuit tum, cum in [40] constituenda Liguria, a Gothis devastata, versaretur. De quo nos quidem dubitare non sinit carmen marmoreae tabulae incisum, quae olim prope Pontem Longum, ubi idem Constantius Centam fluvium conjunxerat, spectata, FERDINANDI UGHELLI tempore, a quo in *Italia Sacra in Episcop. Albigaunensibus* p. 1261. *Tom. IV.* juris est publici facta, tanquam venerandae antiquitatis reliquiae, apud Comitem Octavium Costam, asservabatur. Versus autem, qui ad Constantium nostrum, non ad Constantini M. filium referri debent, hi sunt:

Constanti

^a OLYMPIODORUS p. 148. Ἦν δὲ Κωνσταντίος ἐν μὲν ταῖς προόδῳ κατηφῆς καὶ σκυθρωπὸς . . . ἐν δὲ δείπνοις καὶ συμποσίοις τερπνὸς καὶ πολιτικός, ὡς καὶ ἰσίζειν τοῖς μίμοις πολλάκις, παίζουσι πρὸ τῆς τραπέζης. *Erat ipse Constantius cum prodiret, subtristi vultu ac tetrico. . . In coenis tamen atque symbolis, jucundus adeo civilisque fuit, ut et cum mimis interdum ad mensam ludentibus contenderet.*

^b OLYMPIODORUS p. 152.

liaeope, Suevis, Alanis, Vandalis, amplissimos sibi triumphos parabat, et *Monaxio et Plinta, Coss. A. C. 419.* tradita Valliae Aquitania, Galliam omnem reddidit

Aug et in altera parte **SALUS REIPUBLICAE**, addito Christi monogrammate in corona quercea, et infra **CONOB.** Vidit et **HENRICUS NORISIUS**, uti ipse narrat in *Addendis ad Histor. Pelagianam pag. 2.* aureum numum inter numismata Illustriss. Comitis Joan. de Lazara, qui altera parte iisdem literis, quo prior numus, altera vero Cruce coronata, signatus fuit. Ac nobis quidem credibile est, **HONORIAM** hoc titulo Constantinopoli fuisse ornatam, quo Attilae furor mitigaretur. Refert enim **JORNANDES de Regnorum successione p. 239.** ipsam flagrasse cupiditate nubendi, clamque ad Attilam, Hunnorum Regem misisse, qui ejus sibi amorem et nuptias adeo conciliarent. Interim vero, cum mollis femina atque aetate fluxa amore sexus superioris debacharetur, allexit Eugenium, Procuratorem suum, ut muliebri decus, aegerime hucusque a se conservatum, expugnaret. Neque enim consilia, Attilae sibi conciliandi, satis poterant celari. Cumque exirent ea in vulgus, a fratre Valentiniano, ne in Attilae manus veniret, **A. C. 434.** Constantinopolim missa est. **MARCELLINUS in Chronico Ariobindo et Aspare Coss. A. C. 434.** *Honoriam, Imp. Valentiniani soror, ab Eugenio, procuratore suo, stuprata concepit, palatioque expulsa, Theodosio Principi de Italia transmissa est, Attilam enim contra Occidentalem rempbl. concitabat.* Idem plane testatur **JORNANDES l. c.** Legimus apud **PRISCUM PANITEM in excerptis Legation. p. 27. Tom. I. Script. Rer. Byzant.** Attilam, auditis iis, quae Honoriam acciderant, Legatos in Occidentem misisse, qui Honoriam, dum matrimonium cum Attila contrahere voluisset, nihil se indigni fecisse demonstrarent. Et certe, cum Attila **A. C. 452.** Italia longe lateque vastata, Romae immineret, refert **JORNANDES de Rebus Geticis c. 42.** eum esse, legatis obviam missis, minitatum, graviora se in Italiam mala illaturum, nisi Honoriam sibi traderent, opumque illius portionem. Neque minus **AUCTOR Historiae Miscellae Lib. XV, p. 98. Tom. I. Script. Ital. Muratorii.** Attilam, scribit, Honoriam, cum parte regni debita, postulasse. Consule praeterea

ZONARAM

DISPUTATIO POSTERIOR
DE
GALLA PLACIDIA
AUGUSTA



QUAM

PRAESIDE

DAVIDE RUHNKENIO

PHILOSOPHIAE MAGISTRO

D. DECEMBR. CIO MDCC XLIII

PUBLICE TURBITUR

CHRISTOPHORUS KLAERNER

BERNSTADIO SILESIUS

S. S. THEOLOGIAE CULTOR



VITEMBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS



I

QUAM pulcre **GALLA PLACIDIA** fortunam vel secundam tulerit, vel, quod difficilius putatur, adversam, quibusque adeo artibus admirabilem sese praebuerit omni, quae futura est, posteritati, in priori commentatione satis dilucide satisque copiose, nisi amore mei decipior, memini me explicare. Quae etsi alicui illorum, qui ne nomen quidem **PLACIDIAE** unquam sermone usurparunt, satis, et plus forte, quam satis, dicta videantur: tamen mihi non committendum putavi, ut quidquam illorum, quae ad **PLACIDIAE** nomen illustrandum pertinerent, reliqui fecisse existimarer.

II

GALLA igitur **PLACIDIA**, Constantio, marito, morte de medio sublato, quod reliquum erat vitae, apud Honorium sibi transigendum duxit. At ille, quod dicere fere pudet, tantum sibi in **PLACIDIAE** amore indulsit, ut ardentius illam frequentiusque, ac fratrem decebat, osculando, perditae multis amare videretur. Sed idem ille amor, quamquam erat multo flagrantissimus, tamen brevi, ut fit, in summum evasit odium. Nam **Spadusa**, atque **Elpidia**, **Placidiae** nutrix, quae plurimum tum gratia poterat, **Leonteo**, **Augustae** curatore, auctoritatem adjungente suam, tantos discordiae motus **Ravennae**

G 2

excitarunt,

liaeope, Suevis, Alanis, Vandalis, amplissimos sibi triumphos parabat, et *Monaxio et Plinta, Coss. A. C. 419.* tradita Valliae Aquitania, Galliam omnem reddidit

AUG et in altera parte **SALUS REIPUBLICAE**, addito Christi monogrammate in corona quercea, et infra **CONOB.** Vidit et **HENRICUS NORISIUS**, uti ipse narrat in *Addendis ad Histor. Pelagianam pag. 2.* aureum numum inter numismata Illustriss. Comitis Joan. de Lazara, qui altera parte iisdem literis, quo prior numus, altera vero Cruce coronata, signatus fuit. Ac nobis quidem credibile est, **HONORIAM** hoc titulo Constantinopoli fuisse ornatam, quo Attilae furor mitigaretur. Refert enim **JORNANDES de Regnorum successione p. 239.** ipsam flagrasse cupiditate nubendi, clamque ad Attilam, Hunnorum Regem misisse, qui ejus sibi amorem et nuptias adeo conciliarent. Interim vero, cum mollis femina atque aetate fluxa amore sexus superioris debacharetur, allexit Eugenium, Procuratorem suum, ut muliebri decus, acerrime hucusque a se conservatum, expugnaret. Neque enim consilia, Attilae sibi conciliandi, satis poterant celari. Cumque exirent ea in vulgus, a fratre Valentiniano, ne in Attilae manus veniret, **A. C. 434.** Constantinopolim missa est. **MARCELLINUS in Chronico Ariobindo et Aspare Coss. A. C. 434, Honoria, Imp. Valentiniani soror, ab Eugenio, procuratore suo, stuprata concepit, palatioque expulsa, Theodosio Principi de Italia transmissa est, Attilam enim contra Occidentalem rempubl. concitabat.** Idem plane testatur **JORNANDES l. c, Legimus apud PRISCUM PANITEM in excerptis Legation. p. 27. Tom. I. Script. Rer. Byzant, Attilam, auditis iis, quae Honoriae acciderant, Legatos in Occidentem misisse, qui Honoriam, dum matrimonium cum Attila contrahere voluisset, nihil se indigni fecisse demonstrarent. Et certe, cum Attila A. C. 452. Italia longe lateque vastata, Romae immineret, refert JORNANDES de Rebus Geticis c. 42. eum esse, legatis obviam missis, minitatum, graviora se in Italiam mala illaturum, nisi Honoriam sibi traderent, opumque illius portionem. Neque minus AUCTOR Historiae Miscellae Lib. XV, p. 98. Tom. I. Script. Ital. Muratorii. Attilam, scribit, Honoriam, cum parte regni debita, postulasse. Consule praeterea**
ZONARAM

reddidit pacatiorem'. Eodem anno, quo, fractis [36]
hostium opibus, domum revertit, singularem ex filio
quo' eum Placidia A. C. 419. auxerat, laetitiam

F 2

percepit.

ZONARAM in *Annal. Tom. II. p. 39. Ed. Paris. et p. 31. ed. Venet.* THEOPHANEM in *Chronographia p. 90. Ed. Reg. et p. 72. ed. Venet.* qui quidem eam perperam Honoriadem appellat. HIERONYMUM RUBEUM in *Historia Ravennatensi Lib. II. p. 100.* ANTON. PAGIUM in *Critic. ad Annal. Baronii A. C. 435. n. 42.* CAROLUM DU FRESNIUM in *Famil. Byzant. p. 59. ed. Venet.* qui tamen in eo errat, quod Valentinianum Honoriam cum parte regni tradidisse dicit. Nec minore errore PROSPER AQUITANUS ad A. C. 423. CASSIODORUS *ibid.* CUSPINIANUS et recentiores DIONYSIUS PETAVIUS et JOAN. BAPTISTA RICCIOLUS ducuntur, qui utramque Placidiae prolem masculam dixere.

' PROSPER AQUITANUS in *Chronic. Monaxio et Plinta Coss. A. C. 419. Constantius, inquit, pacem firmat cum Vallia, data eidem ad habitandum secunda Aquitania et quibusdam civitatibus confinium provinciarum.* Quae omnia IDATIUS in *Chronic. Anno Honorii 24. i. e. A. C. 418.* exponit paulo largius.

' OLYMPIODORI locum, ubi de Honoria disserendum erat, adscripsimus. PROSPER AQUITANUS in *Chronico, Honorio XII. et Theodos. VIII. Coss. Placidiae filius nascitur VI. Non Julias.* THEOPHANES in *Chronograph. ad an. XI. Theodosii, i. e. A. C. 418. p. 57. ed. Venet.* τῷ δὲ αὐτῷ ἔτι ἐφημέριον Οὐαλεντινιανὸς ὁ υἱὸς Κωνσταντίου καὶ Γάλλας Πλακιδίας ἐν Ραβέννη. Eodem anno Valentinianus patre Constantio et Galla Placidia Ravennae natus est. Sed paulo post, quasi correcturus se ipsum, eadem verba Anno sequenti 419. repetit. MARCELLINUS in *Chron. Monaxio et Plinta Coss. A. C. 419.* et IDATIUS eodem anno Valentinianum natum esse contendunt, quibus nos quidem eo lubentius suffragamur, cum OLYMPIODORUS in fine fragmenti, Valentinianum Septennem Augustum dicat esse renunciatum. Factum vero illud est, prope praeterlapso A. C. 425. Cogitur igitur ex his, ipsum ante A. C. 419. natum non fuisse. Accedit aliud momentum, neque id contemnendum. IDATIUS in *Chronico, Valentinianum aetatis suae XXXVI. necatum esse tradit. Valentinianus A. C. 455. nefaria cecidit manu.* Ergo anno demum 419. lucem aspexit.

Dica

[87] percepit. Hic postea Valentiniani III. nomine regnum Occidentale administravit, nec est, quod quicquam de eo huc transferamus, cum plurimis monumentis sit ejus nomen celebratum. Tantis, vero, tot rebus gestis cum Constantius magis ac magis illustraretur, dignissimus Honorio visus est, qui Theodosio in Vicennialibus Consuli prodeunti A. C. 420. in 'Occidente Collega daretur'. Ipse non minus,

Diem ejus natalem ex POLEMII SYLVII laterculo apud Bollandum in *Praefat.* ad Vit. SS. Mens. Januar, stabilivit ANTON. PAGIUS ad A. C. 418. n. 73. Ibi enim ad VI. Non. Julius legitur: *VI. Nonas Julii Natalis genuinus Dn. Valentiniani.* Parum tamen placet hic calculus BENEDICT. BACHINIO. V. Cl. in *notis ad Agnelli Librum Pontifical.* p. 74. Tom. II. *Script. Rer. Italic. Muratorii*, PROSPERUMQUE secutus, statuit, PLACIDIAM Kal. Januar. A. C. 417. Constantio nubentem, decem et octo mensium spatib (tot enim intercedunt inter praedictam diem et secundum Jul. sive VI. Nonas Julius 418. Valentiniani natalem) Honoriam primum, deinde Valentinianum parere potuisse. Cumque ille septimum tum egisse annum Olympiodoro dicatur, cum primum Augusti nomen usurpavit, A. nimirum C. 425. X. Kalend. Novembr. sive 23. Octobr. annum septimum completum aptius intelligi apud Olympiodorum censet. Verum ipse AGNELLUS, cujus tamen sententiam vir eruditissimus sibi defendendam sumpsit, eo nos adigit, ut Olympiodorum annum septimum minus completum in animo habuisse credamus. Ita enim AGNELLUS *Libr. Pontifical.* Part. I. in vita Joannis τοῦ ἀγγιλόπτοῦ Cap. V. scribit: *Valentinianus, cum bis ternos annos et quatuor tempora anni essent, Divo Honorio, patruo suo, in imperium successit.* Agnellum vero imperii nomine Caesaream indicasse dignitatem, non item Augustale fastigium, BACHINIUS fortasse sibi soli persuasit, qui doctissimis alioquin observationibus, curaque paene anxia, scriptoris barbarie inquinatissimi, tenebras dispellit.

* Vide ANTONIUM PAGIUM in *Critica* ad h. a. et PETRUM BELANDUM in *Fastis*.

minus, quam PLACIDIA, plurimum illo tempore [38] auctoritate apud Honorium valebat, quem etiam invitum eo adegit, ut A. D. 421. simul cum uxore Augustali honore, puerulus vero Valentinianus Nobilissimi titulo ornaretur^x. Sed cum more institutoque

^x OLYMPIODORUS p. 151. ed. Venet. Ὁ δὲ Κωνσταντῖος συμβασιλεύει Ὀνωρίῳ, αὐτοῦ μὲν χειροτονοῦντος, ἀλλὰ σχεδὸν ἄκοιτος. Χειροτονεῖται δὲ καὶ ἡ Πλακιδία Αὐγούστια, τοῦ τε ἰδίου ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀνδρός, χειροτονησάντων. Εἶτα πίμπηται πρὸς Θεοδοσίον, ὃς ἀδελφιδοῦς ἦν Ὀνωρίου, τῶν πρὸς ἑω μερῶν ἐβασίλευσιν. Ἡ ἀνάρρησις μηνουμένη τῆς Κωνσταντίου βασιλείας καὶ μένει ἀπαράδικτος. *Constantius vero Honorii in Augustadi imperio collega fit, ab illo quidem ipso, sed paene repugnante, constitutus. Placidia quoque Augusta a fratre et marito dicta est. Dein ad Theodosium, qui fratre Honorii genitus Orientis partibus Augustus imperabat, de Constantii Imp. electione nuntius mittitur, minimeque receptus est.* His fere consimilia enarret PHILOSTORGIUS Lib. XII. p. 550. CAESAR BARONIUS in *Annal. ad A. C.* 423. PROSPERUM auctorem probans, Constantium eodem anno, quo Consul factus est, a Caesaris ad Augusti dignitatem putat aspirasse. Falso. Nam Constantius, quantum scimus, nunquam Caesaris nomen gessit, et anno tantum 421. idem et Augustus creatus est et decessit. Neque hic IDATIUS et CASSIODORUS sunt audiendi. Quodsi A. C. 420. Augustus jam nuncupatus fuisset, leges, eo anno latae, procul dubio, ejus nomen praeferrent. Sed in Codice Theodosiano, si inscriptionem spectes, *Honorium tantum et Theodosium A. A.* deprehendes: sin subscriptionem, *Theodos. IX. et Constantio V. C. Coss.* Anno vero sequenti 421. quatuor occurrunt in Codice eodem Constitutiones, quarum inscriptio haec est: *Impp. Honorius et Theodosius et Constantius A. A. A.* Quod quidem luculento argumento est, illum hoc demum anno ad supremum illud fastigium pervenisse. *Vide Chronologiam Cod. Theodos.* Suffragatur nobis THEOPHANES in *Chronographia*, qui annum adeo et diem inaugurationis designat. Nam ad A. C. 413. secundum Computat. Alexandrinam, qui inchoatur Mense Septembr. A. C. 420. haec habet: Τούτῳ τῷ ἔτει

[39] tutoque majorum ejus imagines Constantinopolim mitterentur, a Theodosio minime sunt receptae. Quam quidem injuriam cum Constantius nullo modo ferendam putaret, sagum sumpsit, fortunamque belli statuit experiri¹. Sed vitae brevitās vetuit spes tam longas inchoare. Namque moerore, quem inde hauriebat, quod imperium suscepisset, adeo affligebatur, ut septimo imperii sui mense Ravennae de vitae discederet statione². Hic etsi tristi truculentoque adspectu omnia omnibus minari videbatur, illa tamen aetas neminem tulit lepore et urbanitate conditiorem. Nam tantum in conviviis sibi indulisit, ut, cum minimis, ad mensam ludentibus, certare, ne dedecori quidem sibi esse putaret. Neque quisquam cum vitae integritate, temperantia, moderatione

ἴτιι Κωνσταντίος ὁ πατὴρ Οὐαλεντινιανοῦ ἐβασιλεύσει πρὸ ἐξ εἰδῶν φεβρουαρίου. Καὶ ἐσφάγη πρὸ τεσσαρῶν ἡμέρων Σεπτεμβρίου. *Hoc anno Constantius Valentiniani pater imperium obtinuit sexto Idus Februarius: quarto vero Nonas Septembris occisus est.* Ex his satis liquet Constantium VIII. die mensis Februar. 421. electum, jam II. die Mens. Septembr. fato fuisse functum. Igitur et PHILOSTORGIUS, qui menses tantum sex ejus imperio tribuit, ultimum, tanquam minus absolutum, siluisse dicendus est. Constat porro ex OLYMPIODORO, Placidiam cum Constantio demum Augustae nomine esse salutatam. ANTON. PAGIUS in *Critica ad Baronii Annales A. C. 420. n. 2. seq.* TILLEMONTIUS n. 46. ad *Vitam Honorii.*

¹ Videatur OLYMPIODORUS et PHILOSTORGIUS *l. c. ad not. x.*

² IDATIUS in *Chronico ad an. 27. Honorii Constantius, inquit, Imperator, Ravennae moritur in suo tertio Consulatu.* PROSPER AQUITANUS in *Chronico, Agricola et Eustathio Coss.* Constantium dicit animam efflasse.

tione anteivit. Quid autem de pecuniae despicientia commemorem? quae quidem in eo fuit tanta, ut, antequam Placidiam duceret, paene pro-
funderet omnem^a. Sed cum uxor rei familiari diligentius servire institueret, adeo et ipse fervebat ferebaturque avaritia, ut plurimos per injuriam opibus exueret suis^b. Memoria vero Constantii duobus vetustis monumentis conservatur, quorum alterum in Italia Albingae, alterum in Germania propter Augustam Trevirorum est repertum. Albinga quidem, uti antiquitate, ita excellentia quadam alia, supra reliquas quondam eminuit civitates. Hunc ei honorem Constantius attribuit tum, cum in [40] constituenda Liguria, a Gothis devastata, versaretur. De quo nos quidem dubitare non sinit carmen marmoreae tabulae incisum, quae olim prope Pontem Longum, ubi idem Constantius Centam fluvium junxerat, spectata, FERDINANDI UGHELLI tempore, a quo in *Italia Sacra in Episcop. Albigaunensibus* p. 1261. Tom. IV. juris est publici facta, tanquam venerandae antiquitatis reliquiae, apud Comitem Octavium Costam, asservabatur. Versus autem, qui ad Constantium nostrum, non ad Constantini M. filium referri debent, hi sunt:

Constanti

^a OLYMPIODORUS p. 148. Ην δὲ Κωνσταντίος ἐν μὲν ταῖς προόδοις κατηφὴς καὶ σκυδρωπὸς . . . ἐν δὲ δείπνοις καὶ συμποσίοις τερπνὸς καὶ πολιτικὸς, ὡς καὶ ἐρίζειν τοῖς μίμοις πολλάκις, παίζουσι πρὸ τῆς τραπίζης. *Erat ipse Constantius cum prodiret, subtristi vultu ac tetrico. . . In coenis tamen atque symbolis, jucundus adeo civilisque fuit, ut et cum mimis interdum ad mensam ludentibus contenderet.*

^b OLYMPIODORUS p. 152.

*Constanti virtus studium victoria nomen
 Dum recipit Gallos constituit Ligures
 Moenibus ipse locum duxitque recenti
 Fundamentum solo curaque parta dedit
 Cives tecta forum portus commercia porta
 Conditor extractis aedibus instituit
 Dumque refert orbem me primam protulit urbem
 Nec renuit titulos limina nostra loqui
 Et rabidos contra fluctus gentesque nefandas
 Constanti manum nominis apposuit.*

Alterum monumentum, quod e lapide Basilicae Paulinianae Treviris descriptum CHRIST. BROWERUS Annal. Trevirens. p. 283. in lucem protulit hoc est:

H. IACET. FILIVS.
 CONSTANTIVS. VIR.
 CONSVLARIS. COMES. ET.
 MAGISTER. VTRIVSQVE.
 MILITIAE. ATQVE PATRICIVS
 ET. SECVNDO. CONSVL. ORDINARIVS.

FLEETWOOD *in Syllog. Inscript. p. 378.* edidit ELIVS CONSTANTIVS. Apte scienterque alii emendant, fastorum auctoritatem secuti, FL. CONSTANTIVS. Hunc lapidem ad Constantium pertinere nostrum, nihil dubitationis habet. Sed quisque paulo eruditior videt, maximam lapidis partem periisse. Nam illa, *hic jacet*, ad alium debent referri, cum Constantius, non in secundo sed post tertium Consulatum, quin acceptam Augusti dignitatem, de vita abierit.

DISPUTATIO POSTERIOR
DE
GALLA PLACIDIA
AUGUSTA



QUAM

PRAESIDE

DAVIDE RUHNKENIO

PHILOSOPHIAE MAGISTRO

D. DECEMBR. CIO MDCC XLIII

PUBLICE TUBBITUR

CHRISTOPHORUS KLAERNER

BERNSTADIO SILESIUS

S. S. THEOLOGIAE CULTOR



VITEMBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLOB RICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS



I

QUAM pulcre **GALLA PLACIDIA** fortunam vel secundam tulerit, vel, quod difficilius putatur, adversam, quibusque adeo artibus admirabilem sese praebuerit omni, quae futura est, posteritati, in priori commentatione satis dilucide satisque copiose, nisi amore mei decipior, memini me explicare. Quae etsi alicui illorum, qui ne nomen quidem **PLACIDIAE** unquam sermone usurparunt, satis, et plus forte, quam satis, dicta videantur: tamen mihi non committendum putavi, ut quidquam illorum, quae ad **PLACIDIAE** nomen illustrandum pertinerent, reliqui fecisse existimarer.

II

GALLA igitur **PLACIDIA**, Constantio, marito, morte de medio sublato, quod reliquum erat vitae, apud Honorium sibi transigendum duxit. At ille, quod dicere fere pudet, tantum sibi in **PLACIDIAE** amore indulsit, ut ardentius illam frequentiusque, ac fratrem decebat, osculando, perditae multis amare videretur. Sed idem ille amor, quamquam erat multo flagrantissimus, tamen brevi, ut fit, in summum evasit odium. Nam **Spadusa**, atque **Elpidia**, **Placidiae** nutrix, quae plurimum tum gratia poterat, **Leonteo**, **Augustae** curatore, auctoritatem adjungente suam, tantos discordiae motus **Ravennae**

G 2

excitarunt,

[4] excitarunt, ut res primum ad seditionem, deinde ad vim spectare videretur. Gothi certe, qui tum adhuc Placidiae causa omnia volebant, ut erant ingeniis turbulentis, cum Romanis identidem sunt digladiati^a. Nec desunt, quibus tum Placidia dicitur et insidias Honorio tetendisse et barbarorum copias, tanquam futuras sibi auxiliatrices, advocasse^b. Cum vero Honorius superior factus, principatum suum obtineret, Placidiam *Asclepiodoto et Mariniano Coss. A. C. 423.* una cum liberis Ravenna Constantinopolim ad Theodosium facessere jussit.

III

Huc ut pervenit, aedes sibi in Regione X, quas *Vetus Urbis Constantinopol. descriptio* Domum Placidiae Aug. appellat, magnificas apprimeque lautas excitandas curavit^c. Quibus quidem illa nunquam fastigium

OLYMPIODORUS in *Eclogis Historiarum* p. 152. ed. Venet.

^a PROSPER AQUITANUS in *Chronico An. Honorii XXXI. Placidia*, inquit, cum insidias fratri tenderet, deprehensa est, et Constantinopolim exilio delegata. CASSIODOR. in *Chronico Asclepiodoto et Mariniano Coss. His Coss.* inquit, *Placidia Aug. a fratre Honorio ob suspicionem invitatorum hostium, cum Honoria et Valentiniano, filiis, ad Orientem mittitur.* OLYMPIODORUS
c.

^b AUCTOR *Chronici Paschalis* p. 243. ed. Venet. et p. 304. ed. Paris. Κτίξις τὸν οἶκον τῆς Πλακιδίας. Hujus domus et SOCRATES *Lib. VI. c. 14.* mentionem injicit, et NICEPHORUS CALLISTUS *Lib. XIII. c. 15.* Postea videtur Romanis Pontificibus concessa, quam vel ipsi diverterent, si Constantinopolim adirent, vel,
quos

fastigium imposuisset, nisi Bonifacius, Africae^d Comes, qui multum ejus voluntati obsequebatur, quae ad cultum splendoremque pertinerent, suppe- [5] ditasset. Eodem anno, cum Honorius debitum naturae redderet, Joannes, Primicerius Notariorum, quam sibi, absente cum filio PLAETIDIA, opinionis errore finxerat principatum, stabiliendum putavit^e. Sed Theodosius II. Placidiae ejusque filio, quibuscunque rebus potuit, fuit adjumento. Itaque et ipsa et liberi A. C. 424. *Castino et Victore Coss.* iter in Occidentem cum exercitu instituerunt^f, iterumque, Theodosio auctore, Placidia, Augustae, Valentinianus, Nobilissimi nomen, assumpsit^g.
Cum

quos mitterent, Apocrisarii; quod quidem accurate probat CAROLUS DU FRESNIUS in Constantinopoli Christiana *Lib. II. c. 6.*

^d OLYMPIODORUS *l. c.* hunc inprimis Bonifacium a Placidia stetisse, illique opes, ex Africae provinciis exactas, suffecisse refert. Imo Bonifacius A. C. 422. in Placidiae gratiam Africam videtur occupasse. IDATIUS enim in *Chronico ad An. XXVIII.* Honorii scribit: *Bonifacius palatium deserens Africam invadit* Placidia enim sperabat, fore, ut, Africa a se occupata, frater in gratiam rediret. Verum, ne sic quidem, quod voluit, impetravit.

^e OLYMPIODORUS *l. c.* MARCELLINUS et CASSIODOR. in *Chronicis* SOCRATES *Lib. VII. c. 23.* THEOPHANES in *Chronographia* p. 58. *ed. Venet. et p. 72. 73. ed. Paris.* RENATUS PROFUTURUS FRIGERIDUS apud Gregorium Turonensem *Lib. II. c. 8.* PHILOSTORGIUS *Lib. XII. p. 550. ed. Reading.* PAULLUS DIACONUS *Lib. XIV. p. 93.* Joannem, quendam ex imperialibus scriptoribus fuisse, scribit. JORNANDES de *Regnorum Successione* p. 239. *Tom. I. Script. Rer. Ital. Muratorii.*

^f OLYMPIODORUS *saepius c. l.*

^g IDEM *l. c.* Placidia quidem A. C. 421. ut supra docuimus, ita Augustae, ut Valentinianus Nobilissimi titulo, erat insignita.

At

Cum vero Thessalonicam accesserunt, Helion, officiorum Magister, Theodosii jussu, Valentinianum Caesarea veste ornavit, Ardaburio, Magistro militum, cum Aspare filio, et Candidiano aciem instrumentibus adversus Joannem^b. Ardaburius vero, dum milites navibus in Italiam transportat, ipse vento adversum tenente, in tyranni manus compellitur. Interim Aspar, qui equestribus copiis praeerat, PLACIDIAMQUE et Valentinianum secum ducebat, opinione citius Aquileiam occupavit. Nec minore felicitate in aliis urbibus capiendis usus est Candidianus. Jam igitur luctus, in quem et Augusta et [6] Caesar ob Ardaburii captivitatem inciderant, victoria dispellebatur. Neque vero Aspar satis habuit, Aquileiam cepisse, sed statuit etiam, cum Joanne praelio esse decernendum. In quo quidem id longe laetissimum accidit, quod Joannes ipse suorum perfidia Aspari traditus, ad Placidiam et Valentinianus Aquileiam ducebatur, ubi dextra primum manu, deinde capite est truncatusⁱ. Sic, PLACIDIA et
Valentinianus

At id sive insciente Theodosio, sive invito, factum dixerim. Quare hoc demum tempore ipse et matrem et filium tanto honore voluit esse ornatos.

^b SOCRATES *Lib. VII. c. 24.* OLYMPIODORUS *l. c.* PHILOSTORGIUS *Lib. XII. p. 550. ed. cit.* JACOBUS GOTHOFREDUS *in Commentario ad Leg. 47. Cod. Theodos. de Episcopis.*

ⁱ OLYMPIODORUS *in fine operis* PHILOSTORGIUS *Lib. XII. p. 550. 551.* SOCRATES *Lib. VI. c. 23.* cujus tamen narratio non nihil anilis fabulae admixtum habet. IDATIUS *in Chronico,* Joannes, inquit, a Ducibus Theodosii apud Ravennam primo
anno

Valentinianus fracto jacentique tyranno, Ravennam intrarunt. Helion vero, officiorum Magister et Patricius, Romae Valentinianum, septennem, purpura induit, renuntiavitque Augustum. *Theodosio XI. et Valentiniano Caes. Coss. A. C. 425. d. XXIII. mensis Octobris*^k. Cumque Valentinianus [7] nondum

anno intrasae tyrannidos occiditur. Quae quidem longissimo absunt a PHILOSTORGHII narratione, qui Joannem Aquileiam ductum esse refert, ibique supplicio affectum. Neque veritati consentaneum puto, primo tyrannidis anno illum interiisse. Nam cum jam exeunte A. C. 423. tantos sibi spiritus sumsisset A. demum C. 425. pretium tulit, arrogantia sua dignum. Vid. ANTONIUS PAGIUS in *Critica in Baronii Annales ad A. C. 425. n. 4.* PROCOPIUS de *bello Vandalico Lib. I. c. 3.* ait: *Joannem, amputata manu, asello in circo Aquileicensi vectum, multasque indignitates ab histrionibus perpessum, sic demum vita privatum esse.* Idem praeterca de Joannis prudentia, humanitate, temperantia magnifice sentit, cujus postea vestigiis institit SUIDAS in voce: *Ἰωάννης*. Sed in eo debet castigari, quod Joannem per quinquennium dicit potestatem suam exercuisse. ANTONIUS quidem PAGIUS, cum SUIDAS etiam de quinquennali taceat, hoc, velut quandam laciniam, ab inepta manu assutam putat. Verum culpam Procopii non praestarem. Nam paulo post pari modo hallucinatus, Ardaburium, quem Asparis patrem dicere debuisset, Asparis filium appellat. Consule etiam THEOPHANEM in *Chronographia p. 58. ed. Venet.* qui, quicquid de his rebus disserit, Socrati sublegit.

^k PHILOSTORGIUS l. c. OLYMPIODORUS in *sine fragmenti.* AUCTOR *Chronici Paschalis Theodosio Aug. XI. et Valentiniano Caes. Coss. p. 250. ed. Venet. et 314. ed. Paris.* Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάντων ἰπήθη ὑπὸ Θεοδοσίου, Νίου Αὐγούστου Οὐαλιτινιανὸς Νίος Αὐγούστος μὴν ὑπεβριεταίω, πρὸ ἰ Καλανδῶν Νομβρίων. *His Coss. Valentinianus Jun. levatus est Augustus a Theodosio Jun. Augusto mense hyperberetaso X. Kalend. Novembr. SOCRATES Libr. VII. c. 25.* ait, Augustam Valentiniani nuncupationem Constantiupoli

nondum ea esset aetate, ut ipse imperare posset, summa rerum omnium ad PLACIDIAM rediit, cui quidem nihil antiquius fuit, quam ut regnum, non mediocriter convulsum, ad pristinum florem revocaret¹.

IV

SED PLACIDIA probe intelligebat, tantas res, nisi Aetium sibi conciliasset, minus prospere successuras. Viderat enim perpauca illa aetas, quos vel rei militaris peritia, vel diuturno praeliorum usu contendere cum Aetio potuisset. Tum quidem ille, curam palatii in Joannis aula gerens, cum ingenti auri pondere ad Hunnos erat profectus, hos ut ad suppetias ferendas sollicitaret. Is, cum neque munera deerant, neque familiaris cum Hunnis consuetudo: qua tum fuerat usus, cum obsidis loco apud eos retineretur: is igitur, ut sexaginta Hunnorum millia in Italiam confluerent, nullo fere negotio impetravit.

stantinopoli X. Kalend. Novembr. nuntiatam esse. HENRICUS VALESIIUS ad h. l. ne fidem Socratis minuisse videatur, eo quidem die nuntium Constantinopolim allatum, verum ob id ipsum nuncupationem ante aliquot dies peractam fuisse arbitratur. Sed hunc in viam reduxit ANTON. PAGIUS in *Critic. ad A. C. 425. n. 5.* Neque minus falluntur MARCELLINUS in *Chronico* et JORNANDES de *Regnorum Successione* p. 497. dum Valentinianum Ravennae Augusti dignitate decoratum dicunt. Alia omnia scimus ex OLYMPIODORO, PHILOSTORGIO, PROSPERO AQUITANO et IDATIO.

¹ SOCRATES *Lib. VII. c. 24.* Τῇ μητρὶ αὐτοῦ Πλακιδίᾳ τὴν φροντίδα τῶν πραγμάτων ἐπιτρέψας, *Matri ipsius Placidiae rerum administrationem committens.* SOZOMENUS *Lib. IX. c. 6.* CONSTANTIUS in *Vita S. Germani Lib. II. c. 13. apud Surium d. 30. Jul.*

AUGUSTA.

imetravit. His cum Asparis exercitus obviam
iret, facta est utrinque maxima caedes. Sed Aetius
de Joannis morte certior factus, satius putavit, pace [8]
restituta, PLACIDIAE et Valentiniani gratiam aucu-
pari, quam diutius belli periclitari fortunam. Itaque
spem apud Augustam iniens, futurum, ut, si barba-
ri, quos sedibus suis exciverat, studio operaque sua
ad Lares redirent, Comitum dignitate ornaretur: in
eo omnes industriae nervos contendit, ut Hunnos
mercenarios, auro liberaliter donatos, obsidibus datis,
in suos verteret fines^m. Sed idem ille Aetius sive,
quod nimia aemulatione efferebatur, sive, quod
impotenti regnandi libidine flagrabat, maximum
Occidenti attulit detrimentum. PLACIDIA, uti jam
supra docuimus, neque in secundis rebus, neque in
adversis, quem fidei perpetuitate Bonifacio aequaret,
habuerat quemquam. Illum igitur, divinitus de se
et meritum quondam, et merentem adhuc, omni
Africae voluit praeesseⁿ. Sed viri hujus tam integri
tamque praeclari existimatio ab aemulo Aetio in
summum vocabatur discrimen. Latius hanc rem

H

edisserit

^m PHILOSTORGIUS *Lib. XII. in fine.* PROSPER AQUITANUS *in Chronico ad A. C. 425. Data, inquit, venia Aetio, Hunni, quos per ipsum Joannes exciverat, ejusdem studio ad propria reversi sunt.* CASSIODOR. *in Chronico* PAULLUS DIACONUS *Lib. XIV. p. 93. Tom. I. Script. Rer. Italic. Muratorii* et FRIGERIDUS *apud Gregorium Turonensem Lib. II. c. 8.*

ⁿ Multus in Bonifacii laudibus est OLYMPIODORUS *p. 152. edit. Venet.*

edisserit PROCOPIUS°. Nos pressius illam exponemus. Aetius etsi vehementer dolebat, Bonifacium Africae, ex qua Roma Italiaque annonam petebat, praeesse: tamen initio sub persona sibi vivendum, blanditiisque utendum putavit. Absentem vero Bonifacium, tanquam regnandi cupidiorum, apud [9] PLACIDIAM, quoquo modo potuit, in suspicionem adduxit^p. Cui criminationi quo major fides haberetur, addit, Bonifacium, ne revocatum quidem, ex Africa redituum. At callidissimus homo his jam praevertērat, clanculum Bonifacium monendo, ca- veret, nisi de se actum vellet, tam subitae revoca- tioni obsequeretur. Quae cum ille non de nihilo esse putaret, vocantibus negavit, se, vel PLACI- DIAE, vel Valentiniano, morem esse gesturum. His Augusta perceptis, Aetium sibi tam credidit fidum, quam Bonifacium suspectum. Sed hic, PLA- CIDIAE et Valentiniani viribus cum se haud parem sentiret,

- PROCOPIU *de Bello Vandalico Lib. I. c. 3.* Cui, velim, jungas THEOPHANEM *in Chronographia p. 64. 65. ed. Venet.*
- PAULLUM DIACONUM *Lib. XIV. p. 94.* ANTON. PAGIUM *in Critica ad A. C. 427.* RUINART. *in Historia persecut. Vandalicae cap. III. p. 201. ed. Venet.*

^p His tantis calumniis tum Bonifacius occasionem dedisse vide- tur, cum jussu Augusti ad Vandalos in Hispaniam proficiscens, uxorem sibi inde reduceret, Regi Vandalorum cognatione con- junctam. Moeste id fert AUGUSTINUS *Epist. 220. n. 4.* Tali modo Aetius Placidiae sine ullo negotio persuadere potuit, Bonifacium adversus Imperium Romanum monstri nonnihil alere. Vid. IDATIUS *ad an. I. Valentin.* et BARONIUS *in Annal. A. C. 425. n. 2.*

sentiret, Gundaricum et Gensericum, strenuos Vandalorum duces, in Africam ad se defendendum, ac deinde provinciam inter se dispertiendam vocavit. Gundaricus vero etsi A. C. 428. capta Hispali, Hispaniae civitate, vitam cum morte commutabat¹: tamen Gensericus, ejus frater, quo nemo plus contulit ad Occidentalis regni interuersionem, A. C. 429. *Felice et Tauro Coss.* cum omni Vandalorum turba, mense Maio², relictis Hispaniis, in Africam trajecit. [10]

H 2

Placidia

¹ Probavit hoc ANTON. PAGIUS ex IDATIO in *Critica ad Baronii Annales A. C. 428. n. 2.*

² Cum irruptio Vandalorum mense Maio facta sit, ad A. C. 429. auctoritate *Legum Codicis Theodosiani* debet referri. Valentinianus enim ad Celerem Afr. Proconsul. V. Kal. Mai. post Consul. Felicis et Tauri A. C. 429. quatuor dedit Constitutiones *L. 34. de annon. et tribut. L. 68. de appellat. l. 185. et 186. de decurionibus.* Quodsi jam superiori anno Africam a Vandalis crederemus vastatam, nullum esset dubium, quin Valentinianus in his legibus aliquam ejus rei fecisset mentionem. Certe beneficia his legibus propterea dixisset tributa, quod Afri, quamvis plurimas calamitates perpessi, fidem tamen, sibi debitam, praestitissent. Imo Valentinianus ne ferre quidem leges, impressione facta, potuit. Afri enim non legibus, quae siluissent inter arma, sed auxilio forti indigebant. Hinc, cum post mensem Aprilem A. C. 429. nulla amplius extet in Codice Theodosiano Constitutio, quae Afrorum causa data videretur, praeter *L. 33. de Susceptionibus A. C. 430. emissam in Byzaceniae provinciae gratiam*, clarissime patet, Vandalos ante Mensem Maium neque Africam esse ingressos, neque Provinciam Byzancenam ante A. C. 430. sub jugum misisse. Confirmat ea, quae diximus, IDATIUS in *Chronico ad an. V. Valentinianus*, qui incidit in A. C. 429. *Gaisericus, inquit, Rex de Baeticae provinciae litore cum Vandalis omnibus, eorumque satellitibus, mense Maio ad Mauritaniam et Africam relictis transit Hispaniam.* Consule not. a. ad *L. 185.*

Placidia vero, posteaquam integritas Bonifacii innocentiaque claris argumentis luxisset, ut tantum bellum incendium restingueretur, curam adhibuit omnem. Hac mente Darium^o ad Bonifacium misit, qui etsi cum Vandalis arctissimo societatis vinculo continebatur: tamen iis, quantum in se fuit, et blanditiis additis et promissis, ut solum Africanum verterent, auctorem esse consuasoremque, nullus dubitavit. Sed surdo, ut aiunt, narravit fabulam. Quin arma capientes, tantam Romanorum stragem edidere, ut Bonifacius Hipponem, in maritimum munitumque Numidiae locum, confugere sit coactus.

V

SEQUENTI anno 430. *Theodosio Aug. XIII. et Valentiniano Aug. III, Coss.* Vandali Hipponem obsidione cinxerunt. S. AUGUSTINUS^t, qui tum hac ipsa urbe continebatur, inter maximos armorum strepitus e vita migravit. Sed Vandali, cum urbem neque vi neque conditione in potestatem redigere suam possent, veriti, ne fame conficerentur, ab obsidione des-

[11] titerunt. Interim Vandali omnem Africam, praeter tres civitates, Carthaginem, Cirtam, Hipponem, occuparant. Theodosius vero II. cum id minime ferendum putaret, misit *Basso et Antiocho Coss. A. C.*

431:

L. 186. *Cod. Theodosiani de Decurionibus* et ANTON. PAGIUM in *Critica ad A. C. 428. n. 4. seqq.*

^t Hunc, ob operam praeclare navatam, singulari laude dignum censuit AUGUSTINUS *Ep. 229.*

^t POSSIDIUS in *vita Augustini c. XXIX.*

431. Asparem, virum bellicis laudibus abundantem, qui Africae, quoad ejus fieri posset, suppetias ferret. Bonifacius ceterique Romani, qui in Africa versabantur, auxiliis acceptis, tanquam respirarunt, nec quidquam minus, quam certamen cum barbaris, differendum existimarunt. Initur praelium: Sed iniquissima Romani fortuna utuntur. Nam pars exercitus deleta penitus, pars in servitutem abducta est. Aspar, diutius sibi in Africa non commorandum ratus, summa cum tristitia Constantinopolim revertit^u. At Bonifacius, cujus voluntas PLACIDIAE jam videbatur esse reconciliata, pertenui aut nulla potius spe conservandae Africae relicta, sequenti anno *Aetio et Valerio Coss.* est in Italiam revocatus^{*}. Nam cum Aetius plus justo sibi assumere videretur, neque esset quisquam, qui tantos eius spiritus reprimeret: Placidia unum Bonifacium, quem et ea, qua Aetius exsplenduerat, Magistri militum dignitate ornaret, et ipsi adeo homini arroganti opponeret, dignum judicavit. Aetius, qui multum apud exercitum, neque minus apud Hunnos, gratia florebat, quidvis potius, quam hanc injuriam

riam

^u PROCOPIUS *de bello Vandalico Lib. I. c. 3.* AUCTOR *Historiae Miscellae p. 94. Tom. I. Script. Rer. Ital. Muratorii.* Haec vero A. C. 431. accidisse omnia, probavit CAESAR BARONIUS *ex Actis Concil. Ephesini in Annal. ad an. cit. n. 129.*

^{*} PROSPER AQUITANUS *in Chronico ad A. C. 432.* Bonifacius, inquit, *ab Africa in Italiam vertit.* IDATIUS *in Chronico ad Annum VIII. Valentiniani A. C. 432.* ait: *Bonifacius, in aemulationem Aetii de Africa per Placidiam evocatus in Italiam ad Palatium redit.*

riam sibi duxit perpetiendum. Tali modo cum acerrime congredierentur, Aetius quidem inferior ad Hunnos discessit, at Bonifacius tantum reportavit vulnus, ut paucis post diebus anima esset reddenda⁷. Et quamquam Sebastianus, Bonifacii gener, in ejus locum succedebat, tamen versatissimus ille Aetius tam sapienter inserviit scenae, ut ipse A. C. 433². *Theodosio Aug. XIV. et Ancio Maximo Coss.* pristinam recuperaret dignitatem, Sebastiano quidem, insequenti anno, in exilium eunte³.

VI

Eo tempore GALLA PLACIDIA ex perditis Honoriae, filiae, moribus vulnus gravissimum accepit. Etenim illa, uti in priori Disputatione latius demonstravimus, et Attilam adversus Italiam concitavit, et ipsa Eugenio, virginitatem eripiendi, praebuerat occasionem. Anno autem 435. Placidiam oportuit iniquam cum Vandalis pacem inire. Nam et Hippo, quam diximus, et loca omnia, quae ceperant, in barbarorum imperium ditionemque ceciderunt^b.

Quamquam

⁷ PROSPER AQUITANUS in *Chronico ad A. C. 432.* uberius haec exponit. IDATIUS in *Chron. an. VIII. Valentiniani.*

² IDATIUS ad an. IX. Valentin. A. C. 433. *Aetius, inquit, dus utriusque militiae Patricius appellatur.*

³ IDATIUS ad an. X. Valentin. A. C. 434. *Sebastianus, inquit, exul et profugus effectus navigat ad palatium Orientis.*

^b PROSPER AQUITANUS in *Chronico ad A. C. 435.* *Pax, inquit, facta cum Vandalis, data eis ad habitandum per Frigetium in loco Africae Hippone III. Id. Februar.* CASSIODOR. in *Chronico Theodos. XV. et Valent. IV. Coss. His Coss. inquit, pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum Africae portione.*

Quamquam vero triumphus^c de Burgundis superatis acti, animum aliquantum excitabant, tamen non sine indignatione audiebat, Gensericum etiam tum, purioribus sacris imbutos, crudelissime divexare^d. Eodem PLACIDIA tempore, quo Valentinianus Aug. *Actio et Sigisvulto Coss. A. C. 437.* in Quindecennialibus Caesareis Constantinopolim erat pro- [13]fectus, ut Eudociam, Theodosii filiam, tanquam uxorem, Ravennam duceret, imperium Occidentis^e administravit. A. C. 439. Galliam vidit a Bagaudis, Gothis, Hunnis^f vastari, cumque Vandali jusjurandum violarent, Carthaginem, Romae aemulam, funditus delevit^g. Sed adulto jam filio, Valentiniano Aug. sepositis imperii curis, animae tantum curam habuisse videtur. Ac si quid postea egit, omnem tamen industriam, ad templa ornanda, conservandamque religionis veritatem, revocandam putavit. Etenim si in quaquam alia, certe in hac rari exempli femina, purissimae pietatis studium enituit;

^c IDATIUS *qd an. Valentiniani XII. et XIII.*

^d Initium persecutionis Vandalicae incidit in an. 437. PROSPER AQUITANUS *in Chronico.* CAESAR. BARONIUS *in Annal.* et ANTON. PAGIUS *in Critica an. cit.*

^e PROSPER AQUITANUS, MARCELLINUS et CASSIODOR. *in Chronicis.* AUCTOR *Chronici Paschalis an. cit.* SOCRATES *Lib. VII. c. 44.* ANTON. PAGIUS *in Critica an. cit. n. 3. Chronicon. Codic. Theodos. an. cit.*

^f ANTON. PAGIUS *in Critica ad A. C. 437. n. 5. et A. C. 439. n. 5. 7.*

^g PROSPER AQUITANUS et MARCELLINUS *in Chronicis an. cit.* ANTON. PAGIUS *in Critica an. cit. n. 8.*

enituit; id quod numismatis quibusdam potest demonstrari. Eminentissimus BARONIUS^b numum protulit aureum, in quo nota labari humero ejus dextro inscripta, additis verbis: DN. GALLA PLACIDIA FF AUG. in altera parte victoria cernitur, dextra tenens crucem longiorem, hac epigraphe: VOT. XX MULT. XXX et infra CONOB. ad latera R. V. Ita consenuit, annoque 452. *Sporatio et Herculano Coss.* variis agitata casibus, Romae acquievit^c.

Corpus

^b BARONIUS in *Annal. A. C.* 449 n. 166. CAROLUS vero DU FRESNIUS in *Famil. Byzant. p.* 52. 53. ed. Venet. numum a priori diversum, in laudem pudicitiae Placidiae cusum, aeri incidendum curavit. Apparet enim typus pudicitiae, velum capiti admoventis, sinistraque tenentis hastile, his ascriptis verbis: PUDICITIA. AUG. infra S. C.

^c BARONIUS in *Annal. Ecclesiast. A. C.* 449. n. 166. Placidiam, statuit, anno 449. e vita migrasse. Sed ne auctorem quidem hujus sententiae laudat. ANTON. PAGIUS in *Critica ad A. C.* 449. n. 20. Placidiam anno 450. decessisse contendit, propterea, quod PROSPER AQUITANUS in *Chronico Valentiniano VIII. et Avieno Coss. A. C.* 450. ait: *Placidia defuncta est quinto Kalend. Decembris.* Verum cum BARONIUS ad *A. C.* 425. n. 4. numum exhibeat, in cujus altera parte Placidia Aug. cernitur, dextra erigens Italiam, sinistra crucem gestans, addita epigraphe: VOT. XXX. MULT. XXXX. argumento id clarissimo esse debet, illam vota tricennalia Caesarei imperii cum filio celebrasse, quae incidunt in A. C. 451. quo anno insignem ab Attila victoriam e campis Catalaunicis reportarunt. Hinc lucem capit numus, in quo Italia erigitur. Quare Placidia A. C. 452. demum vita est defuncta, id quod vel maxime probat INATIUS in *Chronico ad an. XXVIII. Valentiniani, qui in A. C.* 452. incidit. *Valentiniani, inquit, mater Placidia moritur apud Romam.* Diem mortis servavit AGNELLUS *Libro Pontifical. Part. I. in vit. Joannis τοῦ ἀγγελοῦ cap. VI.* *Galla vero, inquit, non vidit necem filii, quia antea Romae obiit V, Kalend. Decembris,*


Corpus Ravennam translatum, in ecclesia S. Nazarii [14]
sepultum est^k.

VI

SED; age, omnem ut historiam PLACIDIAE melius
animo complectaris, in fine libelli Genealogiam
Valentiniani M. emendemus, factam illam quidem a
S. NICEPHORO in *Chronographia Compendiaria*, sed
ita in mendo cubantem, ut medicas expectare
manus magnopere videatur. Ecce vero illam, uti
extat p. 322. ed. Venet. inter *Scriptor. Byzant.*

^k AGNELLUS l. c. *Sepulta est, inquit, Galla in monasterio S.
Nazarii, ut aiunt multi, ante altarium infra cancellos, qui fuerint
aerei, et qui nunc lapidei esse videntur. Ex hoc diligentissimus
Rerum Ravennatensium scriptor, HIERONYMUS RUBEUS haud
dubie illa hausit, quae de Placidiae monumento scripta reliquit.*

Γενεαλογία Ουαλεντινιανού του μεγάλου.
Οὗτος γεννᾷ



Legitur etiam haec Genealogia, in latinum conversa sermonem, apud ANASTASIUM in *Historia*, pag. 6. *Edit. Venet.* quae tamen ita restituenda est.

Genealogia Valentiniani Magni. Hic genuit

GRATIANUM <i>Aug.</i> hic liberos non suscepit.	VALENTINIANUM <i>Aug.</i> sine liberis hic obiit.	JUSTAM caelebs fuit	GRATAM caelebs fuit	GALLAM quae nupsit Theodosio M. cujus prior uxor fuit <i>Flaccilla</i> . Ex quibus.
--	--	---------------------	---------------------	--

ARCADIUS <i>A.</i> <i>Orientis</i> . Flaccillae filius	HONORIUS <i>A.</i> <i>Occidentis</i> , Flaccillae filius. Ex <i>Maria</i> et <i>Thermantia</i> Stiliconis filiabus. liberos non suscepit.	GALLA PLACIDIA. Gallae filia. Uxor Constantii. Ex his.
---	--	--

THEODOSIUS <i>Jun.</i> <i>Orientis</i> <i>Aug.</i> EUBOCIA nupsit Valentiniano III.	FLACCILLA. virgo obiit.	PULCHERIA. <i>Marciano</i> , <i>Aug.</i> nupsit.	ARCADIA. virgo obiit.	MARINA. virgo obiit.	VALENTINIANUS III. <i>Occidentis</i> <i>Aug.</i> Hic nupsit Theodosii <i>Jun.</i> consobrinus filiam ejus <i>Eudociam</i> duxit uxorem, quam captivam abduxit <i>Gizerichus</i> <i>Wandalorum</i> Rex.	HONORIA ab <i>Euge-</i> <i>Aug.</i> Hic nupsit <i>prata</i> .
---	-------------------------	--	-----------------------	----------------------	---	--

EUDOCIA. s. <i>Eudoxia</i> . a <i>Maximo</i> Tyranno uxor data filio <i>Palladio Caesari</i> . Sed utraque caeso, a <i>Genserico</i> sive <i>Gizercho</i> abducta in <i>Africam</i> , et <i>Hunerico</i> primo genito filio collocata.	PLACIDIA, cum matre et sorore in <i>Africam</i> ducta a <i>Genserico</i> . Verum cum matre <i>Constantinopolin</i> remissa nupsit <i>Olybrio</i> .
--	--



ΕΙΣ
ΕΥΚΛΕΕΣΤΑΤΟΝ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΝ
ΝΕΑΝΙΑΝ,

ΙΩΑΝΝ. ΔΑΝΙΗΛΑ
ΛΕΝΝΗΠΙΟΝ,

ΤΟ ΤΟΥ ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΠΟΙΗΜΑ
ΚΑΤΑΡΤΙΣΑΝΤΑ.

Πῶς σε λέγειν, θέμις; ἢ κριτικὸν σοφόν; ἢ μελοποιόν;
Δισσὴν δ' ἀγλαίην σοι πόρε Καλλιόπη.
Εἴ ποτε μολπὴν ἐντύνεις μάλα λειριόεσσαν,
Αὐτίκα χαρμοσύνη λαμβάνει ἤτορ ἐμόν.
Εἴ δὲ κεδάζεις ποιητῶν σκοτώεσσαν ὁμίχλην,
Θαμβέω ἰδμοσύνην, θαμβέω εὐστοχίην.
Ἰὴ, ἰὴ, ΛΕΝΝΗΠΙΕ, δίπλοον ἔλλαχες αἶνον.
Θάλλ' ἔρνος φοίβου, δεύτερε Καλλίμαχε.

DAVID RYHNKENIUS.

VIRGO AMPLISSIMO

JAC. PH. D'ORVILLIO

DAV. RUHNKENTUS S. P. D.

Sillus clientum Tuorum, hac anniversaria temporis commutatione, perpetuam Tibi salutem pie atque ardentem precatur, is certe ego sum, quo nemini incolumitas tua magis curae cordique esse debet. Nam sive spectatam Tuam inter omnes doctrinam intuear, quid magis optandum est, quam ut prospera valetudine utens, primum immortalia, quae paras, opera vulges, et postea gloriae tuae quam diutissime supersis? Sive merita erga me Tua ad animum revocem, quid aequius est, ac pium magis, quam ut ego perennem Tibi felicitatem apprecer, qui integrum jam annum, et quod excedit, insigni illa liberalitate Tua sustentatus vixi? Summus igitur rerum arbiter Te, seculi nostri Peirescium, diu sospitem florentemque servet, Teque cum Jano Tuo tot annos, quot Pater Tuus, venerandus senex, Tecum jam exegit, superare sinat. Dab. Leidae d. 2. Jan. 1748.

Narrabas

VIRO AMPLISSIMO J. P. D'ORVILLIO. 41

Narrabas aliquando, Vir Amplissime, gaza Tua contineri Novellas quasdam Graecas Reverendi Montfauconii manu e Vet. Cod. descriptas. Harum si mihi per aliquot dies copiam feceris, ingentem ceteris Tuis, magnisque erga me beneficiis cumulum addes. Equidem, cum ab aliquo tempore non ignavam Jc^{ti}s Graecis operam impenderit, hujus labòris Specimen hoc anno edam, simulque mirifice gaudebo, si vel opibus tuis, vel consiliis instructor prodiero. Vale Vir Summe—Salvebis ab amicis candidisque viris Alberto et Lennepio.

consumo in vetustis Bibliothecae publicae membranis excutiendis. Sed hoc ex labore cum, quantum animus utilitatis, tantum res familiaris detrimenti capiat: Te, illustris Maecenas, per eximiam illam humanitatem, qua Te mihi semper patronum adfuturum affirmasti, demississima rogo, ut si dignus videar, alium mihi imperes vel conferendi, vel describendi laborem. Quod quidem beneficium cum apud hominem negotii demandati satagentem, tum apud summe gratum Te collocasse experieris. Bene vale, Vir amplissime, atque sic existima, qui divinos Tuos in literis progressus intelligant multo me melius, habere te plurimos: qui laudi Tuae faveat studiosius, et munificentiam animo prosequatur graviori, neminem—Dab. Leidae, d. 21. Aug. 1747.

Scriptis ad viros eruditos literis, diligenter cavi, ne quam amplius tibi molestiam exhiberent, epistolis Amstelodamum dirigendis: ad quod jam antea nonnullis significaveram. Iis, qui longe aberant, commode non poteram. Tu, qua es animi magnitudine, hoc mihi vitio haud vertes. Salvebis a VV. CC. Oudendorpio, Alberto, Hemsterh. Rövero.

ILLUSTRI

ILLUSTRI VIRO

JAC. P. D'ORVILLIO

DAVID RUHNKENIUS S. P. D.

NAE tu *χάλκεα* compensas *χρυσείσις*. Quod dum praestas animo vere magno, vere paterno, antiquum illud tuum obtines. Verum ita Musas mihi propitias esse velim; ut Te nunquam liberalitatis erga me Tuae paeniteret. Utinam modo Deus hoc tibi otium faceret, ut, quae ad varios auctores divinitus a Te sunt observata, hominibus literarum studiosis impertire posses. Nam etsi ego non is sum, qui magnorum, qui nunc sunt, vitorum laudibus detrudere aut possim aut velim: tamen hoc mihi vere videor posse affirmare, ne unum quidem esse eorum, qui purissimo illo et incorrupto Venerum antiquarum gustu Tecum certare possit. Summum numen Te, optime Musarum pater, una cum filiolo Tuo nobis quam diutissime servet. Dab. Leidae, d. 25. Aug. 1747.—

Vironiciss. P. Wesselingius nuper dubitabat an liberum quem superiori anno jussu tuo emerat, recte ad Te sit perlatus. Sed forte res non est tanti, ut eum de hac sola certiore faciendum putes.

VIRO AMPLISSIMO

J. P. D'ORVILLIO

DAVID RUHNKENTIUS S. P. D.

CUM his diebus Bibliothecam Crucianam, mox dividendam, excuterem, ea mihi detexisse visus sum, de quibus pro eo, quod tibi debeo, officio certior a me faciendus esses. Scias igitur, in hac Bibliotheca; etsi Catalogus nihil prodit, tamen extare Virgilium, duo Horatii exemplaria, Plautum, Terentium, Censorinum, Boethium Lucianum vel collatos cum MSS. vel notatos ab Heinsio, Jo. Frid. Gronovio, Guilielmo Goesio, aliisque. Hic etiam apparet Harpocraton Aldinus tritus manibus Clarorum hominum, Xylandri, Sylburgii, Fabri, Heinsii, et Rütgersii: e quo nonnulla dedit Jacobus Gronovius dedissetque plura, nisi hoc ipsum exemplar ei furto esset surreptum.

Corpore Historiae Byzantinae Parisiensi nihil unquam vidi magnificentius. Videtur donum Regium fuisse. Insignia certe Regis Galliarum ligatura praefert. Inter caeteros rariores libros eminent Suidas Aldinus, Claudianus anni 1482, Musaeus, Orpheus, et Callimachus apud Aldum, Demetrius Phaler. apud Morellium: quorum omnium singularis est nitor.

Tu,

VIRO AMPLISSIMO J. P. D'ORVILLIO. .5

Tu, Vir illustris, pro Tuo in me jure, mihi emendi negotium impera; quod, quin summa et vigilantia et fide executurus sim, non est Tibi dubitandum. Nam etiamsi Amplissimis hominibus, qui me Leidae evocant, obsequar (qua de re adhuc delibero): tamen usque ad finem mensis Octobr. hic commorabor. Vale, Vir Magne, mihi que, si merear, fave. Dab.

Leidae, d. 23 Sept. 1747.

ILLUSTRI

ILLUSTRI VIRO

J. P. D'ORVILLIO

DAVID RUHNKENIUS S. P. D.

PAUCIORES libros a Cruciana supellectile Tibi vindicare licuit, quam initio sperabam. Nam plerosque Vett. Auctores cum MSS. collatos immensi pretio sibi redemit Petrus Burmannus. Quatuor tamen tibi obtigerunt pretio satis-aequo. Corpus Historiae Byzantinae istis Heroibus non concedendum putavi. Regium hoc exemplum Regiae bibliothecae Tuae inserendum erat. Cumque meae etiam moderationi nonnihil commiseris, dedi id, quod si adfuisses, profecto ipse dedisses, nempe 390 fl. Non credebant Viri optimi, qui mihi ementi applaudebant, Oudendorpius et Röverus, huic exemplari simile aliud in toto terrarum orbe extare. Nam sola ligatura ad minimum centum et quadraginta florenis constitit. Equidem diligenter curabo, ut omnia sarta tecta ad Te perferantur.

Quod ad me attinet, constitui ulterius Leidae commorari. Malo enim parce ac tenuiter vivere, quam hominibus opulentis illis quidem sed *ἀμούσις* operam meam addicere. Quaerant isti sibi politos Gallulos, quos filiorum studiis moribusque praeficiant:

praeficiant: Utinam modo Tibi, Summe Virorum, tantum otii esset, ut mihi pensum, quod conficerem, imperare posses. Tum sane pulchrum me ac beatum putarem—Vale, Decus nostrum, nobisque fave.

Dab. Leidae, d. 16. Oct. 1747.

Corpus Hist. Byzant.	398	
Horat Cruquii cum Em. MSS.	3	
Terent. fol. cum MS. collatus	7	
Horat. Elz. notatus man. Heinsii	2	4
Boethius cujus princ. cum MS. collat.		14
Serenus Sammon		13
Dissert. de Aqua salsa		4
Incertus Poeta cum notis Opitii	}	16
Cabeljavii Epistolae		
Caosit Orpheus		11
Corippus Ruizii		12
Pinvieri Aenigmata		11
	<hr/>	<hr/>
	414	8
	<hr/>	<hr/>

VIRO AMPLISSIMO

J. P. D'ORVILLIO

DAVID RUHNKENIUS S. P. D.

NON dubito, quin recte ad te perlatum sit eximium illud *Historiae Byzantinae* exemplar. Nunc mandato tuo obsecutus rariorum librorum pretium emtoresque breviter notabo.

Suidas ap. Aldum.	16 fl.	{	Mülle Consul
			Enchusonus
Claudianus 1482	15		Idem
Landinus in Virgil 1492	4		Idem
Censorin cum MS. collat.	8	{	Van Paenen
			mandatarius
			Burmanni
Virgilius cum rar. lectt.	10, 15		Idem
Harpocraton cum not. MSS.	12		Idem
Plautus cum MS. collatus	18		Idem
Lucianus cum Notis MSS.	—		Idem
Asconius Pedianus Ald.	2 —		Idem
Ulpiani Fragm. cum MS. collatum	5 5		Roverus

Musaeum, Callimachum, Orpheum apud Aldum, et Demetr. Phaler. pretio iniquiori sibi paravit Clar. Oudendorpius. Nisi Seldenum aliunde acceperis, exemplar in ipsa Gallia splendide ligatum 30 fl. Tibi vindicare possum: Vale, Vir summe, meque Tuorum numero habe. Dab. Leidae, d. 20. Octobr. 1747.

VIRO

9
VIRO AMPLISSIMO

JAC. PH. D'ORVILLIO

DAVID RUHNKENIUS S. P. D.

ETSI ego singularem Tuam propeque regiam erga me munificentiam pietissimo animo colam tamen, quotiescunque novis a te beneficiis ornor, quaedam me indignatio subit, quod nullam mihi viam relictam esse videam, qua, quanta mea erga Te sit pietas, quantumque Tibi inserviendi studium, re ipsa declarare possim. Nullus sane labor tam molestus fingi potest, quem non, Tuo jussu, prompto ac lubenti animo subirem. Nisi Tu, vir Magne, hoc ipso tempore tot aliis negotiis distinereris, auderem limatissimo judicio Tuo subjicere Specimen Emen- dationum in Callimachum, poëtam foedioribus, quam plerique putant, mendis obsessum, et a magistellis mirifice interpolatum. Capiam tamen, ni abnueris, tum Te arbitrum, cum majus Tibi otium obtigisse intellexero—Interea vale, Summe Vir, nobisque bene velle pergas.

Dab. Leidæ d. 29. Octobr. 1747.

L

VIRO

VIRI AMPLISSIMO.

JAC. PH. D'ORVILLIO

DAV. RUHNKENEUS S. P. D.

SI ullus clientum Tuorum, hac anniversaria temporis commutatione, perpetuam Tibi salutem pie atque ardentem precatur, is certe ego sum, quonemini incolumitas tua magis curae cordique esse debet. Nam sive spectatam Tuam inter omnes doctrinam intuear, quid magis optandum est, quam ut prospera valetudine utens, primum immortalia, quae paras, opera vulges, et postea gloriae tuae quam diutissime supersis? Sive merita erga me Tua ad animum revocem, quid aequius est, ac pium magis, quam ut ego perennem Tibi felicitatem apprecer, qui integrum jam annum, et quod excedit, insigni illa liberalitate Tua sustentatus vixi? Summus igitur rerum arbiter Te, seculi nostri Peirescium, diu sospitem florentemque servet, Teque cum Jano Tuo tot annos, quot Pater Tuus, venerandus senex, Tecum jam exegit, superare sinat. Dab. Leidae d. 2. Jan. 1748.

Narrabas

VIRO AMPLISSIMO J. P. D'ORVILLIO. 11

Narrabas aliquando, Vir Amplissime, gaza Tua contineri Novellas quasdam Graecas Reverendi Montfauconii manu e Vet. Cod. descriptas. Harum si mihi per aliquot dies copiam feceris, ingentem ceteris Tuis, magnisque erga me beneficiis cumulum addes. Equidem, cum ab aliquo tempore non ignavam Jc^{ti}s Graecis operam impenderim, hujus labòris Specimen hoc anno edam, simulque mirifice gaudebo, si vel opibus tuis, vel consiliis instructor prodiero. Vale Vir Summe—Salvebis ab amicis candidisque viris Alberto et Lennepio.

VIRO AMPLISSIMO

J. P. D'ORVILLIO

DAV. RUHNKENIUS S. P. D.

HERMANNUS Samuel Reimarus vir humanis-
 simus misit ad me Specimen novae editionis
 Dionis Cassii, idque oculis Tuis subjici jussit.
 Equidem omnem lapidem movi opus, ut Belgicis
 typis exscriberetur, quo ex ejus correctione non-
 nihil ad me emolumenti redundaret; id quod te
 etiam optasse memini. Sed imminens Belgio peri-
 culum, et attritae Neaulmii facultates spem omnem
 disjecerunt. Tu, Vir Summe, si quid e ditissima
 Bibliotheca Tua, quo Dio ornari possit, suppedita-
 veris, ingenti beneficio cl. Reimarum mactabis.
 Ad me quod attinet, nunquam Leidae duriori con-
 ditione vixi, quam hoc ipso tempore. Nam et prela-
 typographica cessant, et praeter Endium, discipulo-
 rum habeo neminem, Tu, o D'Orvilli, qui toties
 res meas labantes sustinuisti, impera mihi vel moles-
 tissimum laborem, qui quidem tamdiu necessarium
 victum praebat, donec melior spes affulserit.
 Poteris hoc beneficium Tuum apud digniorem col-
 locare: apud gratiorem non poteris. Vale, Vir
 summe, nobisque si mereamur, fave.

Dab. Leidae d. 10. April 1748.

Accepi

Accepi literas a Miedenio Constantinopoli scriptas, quae nos certiores faciunt, viros eruditissimos, Askew et Freeman adhuc in eadem urbe versari. Askew ingentem Graecarum Inscriptionum fasciginem secum in patriam absportabit: quamvis ipsi illarum describendarum studium magno contulerit. Nam cum Smyrnae marmora quaedam sauro inclusa accuratius lustraret, describeretque, a Turcis, eum speculatorem esse ratis, in vincula raptus est, et aliquamdiu detentus.

VIRO AMPLISSIMO

J. P. D'ORVILLIO

D. RUHNKENIUS S. P. D.

MITTO ad Te Heineccianam Juris historiam luculento Cl. Ritteri Commentario illustratam. Neque misissem nisi dignus esset liber oculis tuis. Nam vere nuper judicabat Wesselingius noster, nihil jam a longo tempore in hoc studiorum genere prodiisse, quod eadem sagacitate conscriptum sit, aut plura nova reconditaque contineat. Idem Ictus supra Germanorum captum eruditus totus in eo est, ut Schultingii Jurisprudentiam Ante-Justinianeam cum octo amplius MSS. collatam, et felicissime emendatam publica luce donet. Tu, Vir magne, levidense hoc munusculum serena, ut soles, fronte accipe, meque porro Clientum Tuorum numero habe. Bene vale.

Dab. Leidae d. 25 April 1748.

PRÆFATIO AD THALELÆI,

THEODORI, STEPHANI CYRILLI,

Aliorumque Jctorum Graecorum

COMMENTARIOS,

DE POSTULANDO, SIVE DE ADVOCATIS,

In Titt. D. et Cod.

ET

DE PROCURATORIBUS ET DEFENSORIBUS.



**PRÆFATIO AD THALELÆI,
THEODORI, STEPHANI, CYRILLI,
Aliorumque Jctorum Graecorum
COMMENTARIOS,
DE POSTULANDO, SIVE DE ADVOCATIS,
In Titt. D. et Cod.**

**ET
DE PROCURATORIBUS ET DEFENSORIBUS.**

LECTORI S.

CUM in Bibliotheca Lugduno-Batava, vetustis libris refertissima, Synopsin Basilicorum cum Codice manu exarato committerem, huic subjectos deprehendebam Commentarios in Titt. D. et Cod. *de Postulando sive de Advocatis, et de Procuratoribus et Defensoribus.* Ad quod opus describendum, et in lucem vindicandum statim alliciebant animum praeclara Commentatorum nomina, Thalelæi, Theodori, Stephani, Cyrilli et Gobidæ; quorum in Jurisprudentiam merita non Cujacius tantum, quamvis id satis ad laudem esset, sed quicquid unquam fuit elegantiorum Jctorum, et agnovit dudum, et amplissimis verbis ornavit. Codex quondam Isaaci Vossii, si aetatem spectes, recentissimus est; si scripturae elegantiam, egregius. Librarium natione Graecum fuisse inde colligas, quod verba Latina passim intermixta tam mendose exararit, ut, quid sibi voluerit, vix dividendo assequaris. Vetus exemplar, ex quo Vossianus Codex descriptus est, tineas et cariem sensisse videtur. Hinc crebrae in MS. lacunae;

hinc

hinc ipsius librarii in fine confessio: Ἑλληπές ην τὸ τέλος ὑπὸ τῆς ἀρχαιότητος. Quamquam eo loco exiguam tantum Scholii cujusdam jacturam fecimus. Deficit enim MS. *in leg. ult. Basilic. Lib. VIII. p. 436.* in his verbis: Γίνεται σύνδικος καὶ διὰ καινοτομίαν — — — Ipsius operis rationem hanc esse scias. Primum, tanquam fundamentum, Textus ponitur non diversus, nisi διτλογραφίαις quibusdam, ab eo, quem majus Basilicorum opus exhibet *Lib. VIII. Tit. I. p. 394. seqq. et Tit. II. p. 410. seqq.* Textui, præter Thalelæi, Theodori, Stephani, Cyrilli et Gobidæ Interpretationes, subjiciuntur plurima partim breviora, partim longiora quorundam Anonymorum Scholia, illius etiam, qui ab ἀντινομίαις congerendis Ἐναντιοφανοῦς vel Ἐναντίου nomen invenit. Multa quoque afferuntur ἐκ τοῦ κατὰ πόδας. Ex interpretationibus ab-
 que Auctorum nomine propositis multas conjectura haud vana refero ad Thalelæum, Stephanum, aliosque antiquiores JCTos: quorum nomina librariorum negligentia omissa videntur. Illud non prætereundum est, quaedam horum Scholiorum etiam in Basilicis extare. Sed infinitis partibus in libro nostro plura sunt, et integriora. Neque ullus in Basilicis reperitur titulus, in quem tanta Interpretationum et Scholiorum copia sit congesta. Quare putabam aliquando, librum esse singularem, quem JCTus aliquis, fundamenti loco ponens Basilicorum contextum, ex omnibus omnium interpretationibus conflavit, in gratiam potissimum Advocatorum,

catorum, et Procuratorum, qui se foro praeparabant. Sed, re diligentius expensa, non amplius dubito, quin hi duo Tituli una cum Commentariis decerpti sint ex Basilicorum exemplari multo integriori, quam quidem hodie est ex editione Fabroti. Existisse vero olim exemplaria, atque in Bibliothecis latere etiam nunc, Scholiis locupletiora, vel unus Codex Coislinianus fidem fecerit, recensitus a Montfaucon. *Bibl. Coisl. p. 216.* Sed et Antonius Augustinus Basilicis usus est Fabrotianis plenioribus: ex quibus *de Nomin. Pandect. p. 342. et 347.* duo loca affert, quae in Fabrotianis desiderata, in libro nostro *pag. 4.* occurrunt. Huic addendus est Antonius Quintanaduegna *de Jurisd. et Imper. p. 257.* quem nuper Ampl. Meermannus *Tom. II. Thesaur. Jur. Civil. et Canon.* inseruit. Is Scholia quaedam inedita *ad Tit. D. de Procurator. et Defens.* laudat ex schedis MStis; quae rursus in Fabrotianis frustra quaesita, in libro nostro reperiuntur. De horum Commentariorum Auctoribus verbo dicam. Thalelaeum, Theodorum et Stephanum eosdem statuo, quorum opera Justinianus in jure condendo et docendo usus est. Hi nuper cum Theophilo tam certis argumentis Justiniani aetati vindicati sunt, ut, qui in posterum contradicere velit, risum doctioribus debiturus sit. De Cyrillo et Gobida non satis liquet; nisi quod Justiniani aetate inferiores videantur. Horum omnium longe principem pono Thalelaeum, quem merito Scholiastes *Basilic. Tom. V. p. 732.* τὸν τῆς νομικῆς οφθαλμῶν

οφθαλμὸν appellat. Summa in eo Juris peritia, mirum in solvendis dubiis acumen, docendi denique ratio facilis et expedita. Usus est praeterea ea diligentia, quam utinam ejus aequales essent imitati, ut fontes ipsos, ex quibus Justinianus hauserat, tum adhuc scaturientes, sed mox obstructos, adiret. Sic pag. 41. citat *L. I. C. de error. adv. integritatem*, quam hodie extat. Pag. 40. laudat Paulli locum ex *Tit. D. de postul.* qui et ipse hodie in Pandectis desideratur. Reliquum est, ut, quid in his Commentariis edendis praestiterim, breviter enarrem. Graeca crebris corruptelis vitiata, partim collatis Juris fontibus, partim de conjectura emendavi. In vertendo, ut fidem, non ut elegantiam praestarem, operam dedi, Auctorum verbis fere κατὰ πόδα inhaerens. Nam et si quaedam magis Latine dici potuissent, non tamen libuit nitidiora consecrari, obrepente praesertim vertendi taedio tanto, ut me saepe susceptae provinciae poenituerit. Atque hoc loco publice gratias ago Viro eximio, Gerlaco Scheltinga, qui summam, qua excellit, Jurisperitiam Graecis Latinisque literis mirifice exornat, mihique se adeo facilem atque indulgentem praebuit, ut non solum singulas plagulas mecum relegeret, sed et plura implicata et corrupta expediret. Cujus ingenio adjutus etsi me in plerisque Auctorum mentem cepisse confido, sunt tamen paucula, quorum Versionem in fine operis retractabo. Vale, mi Lector, et alteram partem *de Procuratoribus et Defensoribus* brevi expecta.

DAVIDIS. RUHNKENII

ORATIO

INAUGURALIS

DE

GRAECIA ARTIUM AC DOCTRINARUM
INVENTRICE,

*Publice habita in Auditorio majori Academiae
Lugduno-Batavae.*


A. D. XVI. MAJI MDCCLVII.

QUUM GRAECARUM LITERARUM PRAELEGENDARUM
MUNUS SOLLEMNI RITU AUSPICARETUR.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud SAMUELEM & JOHANNEM LUCHTMANS, 1757.

Academiae Typographos.



ILLUSTRISSIMIS ET GENEROSISSIMIS

VIRIS,

ACADEMIAE

LUGDUNO-BATAVAE

CURATORIBUS,

GUILIELMO COMITI DE BENTINCK,

**RHOONAE ET PENDRECHTAE DOMINO, EQUESTRIS
HOLLANDIAE ORDINIS MEMBRO, ET IN CONSES-
SU DELEGATORUM PRAEPOTENTIUM HOLLAN-
DIAE ORDINUM PRAESIDI, AGGERIBUS ET
VIIS RHENOLANDIAE CURANDIS
SEPTEMVIRO, ETC. ETC.**

**PAULLO SEBASTIANO LE LEU DE WIL-
HEM, J. C.**

**DOMINO BESOYAE, CIVITATIS ROTERODAMENSIS
SENATORI ET CONSULARI VIRO, AGGERUM
SCHIELANDIAE PRAEFECTO SUMMO ET
PRAETORI, ETC.**

CORNELIO DE WITT, J. C.

**DOMINO JAARVELDIAE, CIVITATIS DORDRACENAE
SENATORI ET CONSULARI VIRO, ETC.**

EORUMQUE COLLEGIS
AMPLISSIMIS, NOBILISSIMISQUE
VIRIS,
CIVITATIS LEIDENSIS
CONSULIBUS,

NICOLAO VAN DE VELDE, J. C.

CONSULARIS COLLEGII CUM MAXIME PRAESIDI, ETC.

DIDERICO DE RAET, J. C.

RHENOLANDIAE QUAESTORI, ETC.

JOHANNI VAN DER MARCK, J. C.

PETRO CUNAEO, J. C.

NEC NON

SPECTATISSIMO CONSULTISSIMOQUE

VIRO,

JOHANNI VAN ROYEN, J. C.

**CIVITATIS LEIDENSIS SYNDICO, ITEMQUE ILLUSTRIS
CURATORUM ET CONSULUM COLLEGIO AB ACTIS.**

*Hanc inauguralem Orationem, qua
par est, reverentia*

D. D. D.

DAVID RUHNKENIUS.

DAVIDIS RUHNKENII
ORATIO INAUGURALIS

DE

GRAECIA ARTIUM AC DOCTRINARUM
INVENTRICE.

MAGNIFICE RECTOR.

ILLUSTRISSIMI ET GENEROSISSIMI ACADEMIAE
CURATORES.

AMPLISSIMI NOBILISSIMIQUE HUIUS CIVITATIS
PRAETOR, CONSULES, JUDICES, QUIQUE ILLIS
A CONSILIIS, ET AB ACTIS ESTIS, VIRI GRA-
VISSIMI.

CLARISSIMI DIVINARUM HUMANARUMQUE DI-
SCIPLINARUM PROFESSORES.

QUI TRIBUNALI ACADEMICO AB ACTIS ES, VIR
SPECTATISSIME.

DIVINAE MENTIS ET SACRORUM MYSTERIORUM
INTERPRETES DISERTISSIMI.

OMNIUM BONARUM ARTIUM DOCTORES INGE-
NIOSISSIMI.

CIVES, HOSPITES, QUOTQUOT ADESTIS, CUJUS-
CUNQUE ORDINIS ORNATISSIMI.

VOS DENIQUE FLORENTISSIMI LECTISSIMIQUE
JUVENES, COMMILITONES DULCISSIMI.

EST hoc majorum instituto bene ac sapienter
receptum, ut, qui ad laudatarum artium dis-
ciplinas tradendas acciti, in hunc amplissimum
ornatissimumque locum escendunt, vel de illius
doctrinae, quam quisque profitetur, dignitate,
praestantia atque utilitate verba faciant, vel illustri-
orem quempiam locum, exquisite copioseque trac-
tandum, indidem delibent. At enim cum multi,
qua opera tralatitio huic publice dicendi officio
satisfaciunt, eadem reconditae cujusdam eruditionis,
aut singularis acuminis laudem quaerant: fit inter-
dum, ut orationes habeantur eae, quas e centenis
vix singuli, in eodem doctrinae genere, si forte,
diligentius versati, mentibus animisque intendendis
assequantur: dum interim reliqua oscitat concio,
& subtilis molestique Oratoris taedio prope ene-
catur. Equidem cum honorifico Illustrissimorum
hujus Academiae Curatorum, atque Amplissimorum
hujus Civitatis Consulum decreto, in hoc augus-
tissimum virtutis doctrinaeque omnis sacrarium, &
in hanc tantam clarorum atque excellentium virorum
lucem prodeo; cumque hodiernus dies, quo nullus
unquam vitae meae laetior illuxit, mihi gravem illam
quidem,

quidem, at jucundam tamen publice dicendi necessitatem imposuit: delegi, Auditores, argumentum orationis pervagatum, de medio petatum, atque adeo ab omni doctrinae subtilitate remotum. Multo enim satius duxi, vel cum famae & existimationis, quantula demum cunque sit, dispendio popularem afferre orationem, quam recludendis interiorum artium penetralibus, Vobis, quorum mihi animos sensusque conciliari cupio, importune fastidium creare. Dicam igitur *de Graecia artium ac doctrinarum inventrice*. Atque haud scio, an nulla ex omni humanitatis disciplina promi possit materia, quae & muneri, quod Gravissimorum Virorum auctoritate auspico, magis sit consentanea, & majorem vim habeat ad excitandos studiosae juventutis animos, atque ad Graecarum literarum amorem incendendos. Quodsi enim, quam potero planissime, demonstrare, nullam neque doctrinam esse, neque artem ingenuo ac libero dignam, quam Graeci vel non invenerint, vel cujus non sementem sparserint: Si porro gravissimis rationibus evicero, eosdem ipsos multas praestantissimasque disciplinas non elicuisse tantum ex tenebris, atque inchoasse, verum ad illud etiam fastigium evexisse, prope ut nobis omnem consequendi sui spem sustulerint: quis non juvenum incredibili erga gentem, tam eruditam studio & cupiditate rapiatur? quis non provectorum, senis Catonis exemplum imitatus, Graecas literas sic avide arripiat, quasi longo tempore conceptam visce-

visceribus, flagrantemque sitim restinguere cupiens. Vellem quidem, materiã ad dicendum sumta quam est omnium intelligentiæ accommodata, tam facile unius horae curriculo terminari posset. Verum illa tam late patet, nulla ut oratio, oratio autem? ne justum quidem volumen accuratam ejus explanationem capiat. Quid igitur? Libere per omnem disciplinarum orbem vagabor, & summis quibusque leviter decerptis, capita tantum & fontes, unde quaeque sapientiæ ratio & liberalior ars manarit, quasi intento digito commonstrabo; Quaeso autem obtestorque Vos, Auditores, ut, si minus polite limateque dixero, quam vel hujus amplitudo loci, vel eruditæ aures vestrae postulant, huic infantiae meae vestra in humanitate ne desit praesidium.

Praeclare gravis inprimis et locuples auctor, Plato, philosophia, dixit, nullum pulchrius, nullum praestabilius bonum nec impertitum esse mortalibus Dei munere, nec impertiendum. Haec est illa barbariae & immanitatis victrix, veritatis indagatrix, solidioris doctrinae parens, officii moderatrix, vitae humanae magistra. Quam qui aspernatur ac respuit, is humanitate se abdicasse censendus est, atque ad tardarum pecudum conditionem detruendus. Contra, cujus contemplandae et cognoscendae studio qui, ceteris posthabitis, se totum tradit, is ad ipsam divinitatem, ex qua haustus animus & libatus est, quasi quibusdam passibus propius accedere videtur. Atqui hanc doctrinarum
omnium

omnium dominam ac reginam uni Graeci admirabili, qua praediti fuerunt, mentis sagacitate ex obscuris abditisque naturae recessibus elicuerunt. Nec contenti, illam philosophiam, quae rerum contemplatione continetur, felici partu edidisse, alteram etiam, quae in actione versatur, aliquanto post liberaliter adjecerunt. Quam inveniendi gloriam tum annales vetustatisque monumenta satis superque loquuntur, tum ipsa rerum fides sic testatur & confirmat, ut nec Tatiani, nec Clementis Alexandrini declamationibus, bilis et invidiae plenis, unquam convelli queat; estque haec laus Graecorum adeo propria, ut ne aliam quidem gentem in illius societatem temere admittant. Nam etsi Graeci ipsi, pro aequitate sua, non dissimulant, nonnulla, in Mathematicis praesertim disciplinis, Chaldaeorum Aegyptiorumque ingeniis debita, vel per mutua populorum commercia in Graeciam fluxisse, vel a Pythagora, Democrito, Platone, aliisque, qui discendi causa ad gentes longe dissitas commeassent, paullatim esse invecta: tamen si quis illa cum Graecorum inventis contulerit, barbaros perpauca repetundarum jure postulare posse reperiet, eaque ipsa sic ab ingeniosissimis hominibus exculta & meliora reddita animadvertet, ut non aliunde adscita atque arcessita, sed in Graeco quasi solo genita esse videantur. Ac ne hic vetustissimae Poëtarum philosophiae memoriam replicem, quam fabularum integumentis involutam, quam fingendi

licentia mire contaminatam constat fuisse: princeps & auctor accuratius philosophandi Thales extitit Milesius. Qui cum multa de divinae humanaque mentis vi ac natura, de mundi satu atque ortu, de fati denique necessitate dissereret, quasi signum aliis sustulit ad excolendam illam philosophiae partem, quae postea Metaphysicae nomine celebrata est. Difficile dictu est, Auditores, quot quanto ingenio viri hujus doctrinae studio exarsissent. Ac tantum abfuit, ut rei materia, in naturae obscuritate, si quaequam, recondita, hunc animorum impetum retardaret, ut ipsa potius difficultas magis et magis investigandi sollertiam exaceret. Magnum in hac disciplina nomen fuit Pythagorae, & qui ad ejus se auctoritatem contulissent, Empedoclis & Epicharmi; magnum item Anaxagorae, magnum Parmenidis, plurimumque aliorum, quos memoria consequi difficile est, & enumerare longum. At enim vero praecipuam Metaphysicae & locupletandae & ad disciplinae formam habitumque redigendae gloriam sibi vindicant duo principes intelligendi magistri, qui merito omnium seculorum oculos animosque in se converterunt, Plato atque Aristoteles. Quorum uterque aetatem contrivit in investiganda, quoad humano ingenio fieri poterat, aeterna illa et beatissima numinis natura, in declaranda mentis humanae vi & indole, in ejusdem denique immortalitate tuenda atque adserenda. Nec quicquam illis, quae tum de rerum causis &

prin-

principiis, tum de communibus earum affectionibus ab iisdem philosophis disputata sunt, subtilius acutiusque excogitari potest. Quae pluribus verbis explicaremus, ni vereremur, ne minus commode servaretur orationis, quam instituimus, popularitas. Sed ut varium est hominum studium, sic horum etiam Metaphysica modo a doctissimis quibusque concelebrata enituit, modo deserta obsolevit. Uni Platoni hoc praecipue obtigit, ut pari prope fastigio staret in utraque fortuna. Cujus sapientiae cum ii, qui politiorum literarum elegantia & suavitate ducerentur, tum veteres religionis Christianae antistites, multum semper tribuerunt. Sed Aristotelis fortunam quibus verbis conquerar? aut quomodo satis dolenter deplem? Extulit enim duodecimum a Christo nato seculum genus hominum omni barbaria contaminatum, Scholasticos vulgo dicunt, qui clarissimo illius lumini teterrimam noctem offunderent, exquisitam elegantiam immunda illuvie & squalore opplerent, & sic denique immortalis viro, apud imperitos, pudenda horum interpretum somnia pro germana Aristotelis philosophia stulte accipientes, ingentem & vix unquam delendam infamiam conflarent. Hinc certe, hinc occulte serpsit ista invidia, qua veteres philosophi nostra etiam aetate premuntur. Nam ut quisque antiquitatis omnis Graecarumque literarum imperitissimus est, ita priscos illos heroes petulantissime contumeliosissimeque vexat, abjicit, deridet. Atque nos non

sumus ii, qui in Metaphysicae disciplina, praesertim quae tam difficiles tamque arduos explicatus habeat, Veteres negemus uspiam offendisse, uspiam incurrisse, mentis errore, ut fit, divagatos. Verum nec novi Metaphysici nobis habere videntur, in quo sibi tanto opere placeant, seque velut de caelo delapsos tam magnifice circumspiciant. Quid enim? si nova illa decreta sunt ita certa, stabilia, firma, ut isti vulgo jactant: qui fit, ut quadragesimo fere, aut quinquagesimo quoque anno nova exoriatur secta, quae alteram cum conviciis & clamore de possessione depellat? Aut quid tandem causae esse dicamus, quare multi, pro quibus modo, tanquam pro aris et focis, pugnabant, eadem ipsa aliquot annis post, velut vana, falsa, nugatoria repudient? Videte levitatem hominum atque inconstantiam. Crebrae istae ac repentinae sententiarum commutationes quid prodant, cui potest esse obscurum? Scilicet hi quoque ipsi variis opinionum fluctibus jactati, nihil dum certi ac firmi, in quo tuto consistant, repererunt. Quae cum ita sint, missis vagis errantibusque istorum conjecturis, solum id, quod in hac disciplina certum atque exploratum est, constanter teneamus: quod quin maximam partem sollerti Veterum investigationi acceptum referendum sit, vix negari sine impudentia, aut magna antiquae eruditionis inscitia potest. Nimirum primae, quas natura illorum mortalium animis impressit notiones, quo plus simplicitatis, eo plus veri-

veritatis habuere: quas notiones, qui deinceps secuti sunt, vel novandi cupiditate ducti, subtiliter quaesitis argutiis obscurarunt, vel, devias sibi vias per varios anfractus quaerentes, plane deseruerunt. Itaque videas, illos ipsos, post longos infinitosque errores, eo, unde digressi fuerant, tandem redire. Ecquis vestrum est, qui nesciat, notiones innatae quanto animorum studio a primariis sint philosophis, nostra patrumque memoria, explosae? Qui quid aliud fecerunt, nisi ut, cognito errore, ad Lyceum et Porticum, quam inconsulte ac temere reliquerant, reverterentur? Quodsi novitios hosce philosophos non ratione, sed praestantium virorum auctoritate refellendos putarem, possem hic, ut alios taceam, excitare Leibnitium, quam acri virum ingenio? quanta judicandi aequitate? quem, inter omnes constat, de Veterum Metaphysica, Platonis imprimis, & sensisse honorifice, & dixisse. Satis mihi multa verba de hac philosophiae parte fecisse videor. Ad Logicam deinceps transeamus.

Saepenumero, Auditores, mirari subit, plerasque artes & doctrinas ante fuisse consummatas, numericisque absolutas suis, quam illarum inveniendarum constituendarumque ratio certis regulis esset praecipisque conclusa. Sic Homerus divinam illam Iliada, admirabile belli Peloponnesiaci monumentum condidit Thucydides, antequam Rhetor Criticusve aliquis illas artes praeeptionibus devinxisset. Pari modo Graeci philosophi, eximia quadam mentis

vi atque celeritate praediti, magistrorum praecepta, quibus ingenium in inveniando & acute cernendo dirigeretur, in vero investigando, excolendaque ratione longe anteverterunt. Logica igitur vel Dialectica tum demum inventa est, cum, constituta propemodum philosophia, acuti sagacesque homines ejus praesidium non magnopere desiderarent. Quo ductus argumento si quis contendat, non videri tantam, quanta vulgo putatur, hujus disciplinae utilitatem, is quidem sententiae suae adscribat nostram. Plato certe, Mathematicis rationibus percipiendis magis acui ad philosophiam ingenium, putabat. Verumtamen ut capitalia ingenia hoc adminiculo facile caruerint, negari haud potest, permagnum infirmioribus adjumentum hac arte esse allatum. Itaque grato animo praedicandi sunt Veteres illi, quorum acerrimo studio & exulta Logica est, & per omne disciplinarum genus latissime fusa. Peripateticorum illustria in illam merita commemorare, quid attinet? ex quorum fontibus rivulos duxerunt recentiores. Sed quis praeposteram & perversam Stoicorum diligentiam ferat, qui captiosis cavillationum & fallaciarum laqueis excogitatis, quod ad regendas in vero inveniando mentes a Peripateticis comparatum fuerat, id ad eas impediendas implicandasque converterunt? Quae quidem tricae, deinceps a barbara Scholasticorum natione cupide arreptae, vix tandem recentiorum philosophorum opera ex scholis profligatae, in Jesuitarum monasteria se abdiderunt.

Venio jam ad illam nobilissimam pulcherrimamque philosophiae partem, qua de expetendis fugiendisque rebus, de vitae ratione, hominumque moribus quaeritur: quam, vere mihi videor posse affirmare, et natam esse apud Graecos, & liberalissime educatam, & exornatam pulcherrime. Atque haec quidem, si utilitatem ex ea in humanum genus redundantem spectes, omnium disciplinarum facile princeps est: sin nascendi ordinem, prope postrema. Veterrimi enim philosophi plus operae curaeque in naturalium rerum caussis indagandis, quam in ornanda hac morum emendatrice, posuerunt: credo, quod ad ingenii laudem illustrius magnificentiusque videbatur, de siderum, ut hoc utar, meatu, quam de temperantia aut cognitione sui disputare. Primi igitur rei tam salutaris tamque necessariae curam & Pythagoras ipse & tota ejus familia suscepere. Qui quidem tametsi, illius more aetatis, utrumque studium conjunxerant, hanc tamen sapientiae partem plene cumulateque perfecerunt. Quo magis dolendum est, quae ab illis literarum monumentis fuerint consignata, prope omnia communi bonorum librorum naufragio periisse. At enim vero dum moralis philosophia in Italiae parte ea, quae Magna Graecia dicta est, Pythagoricorum industria laetissima incrementa capiebat, ceteri philosophi Graeci vel in mathematicis vel in aliis philosophicis disciplinis persequendis, ut instituerant, strenue pergebant: donec Socrates, cujus sapientiamne, dubites,

dubites, an morum sanctitatem magis admirere, philosophiam a latentibus rerum caussis anquirendis avocavit, atque ad vitam communem traduxit. Hic ut mirus fuit ingenio, moribus, vita, sic nova etiam atque antea inaudita & prorsus singulari usus est docendi ratione. Etenim non declamando, ut Sophista, non inculcandis vulgaribus morum praeceptis, ut aretalogus, non libris in vulgus edendis, ut philosophi ceteri; sed aliorum opinionibus blande eliciendis, & absurdis, quae ex iis consequerentur, lepide jocosaeque coarguendis, homines ad virtutis atque honestatis studium amplectendum excitavit. Quibus quidem elegantissimis & Attico sale conditis disputationibus, cum ipse Socrates literam scripserit nullam, nobis omnino carendum fuisset, nisi ei, magno philosophiae & optimarum artium bono, Plato & Xenophon discipuli obtigissent, ambo ingenii venustate atque elegantia florentes, eloquentiae copia & varietate ambo. Felicem magistrum talibus discipulis! Felices discipulos tali magistro! Hi quicquid ex divino illo Socratis ore arripuissent, scriptis diligenter mandarunt, eandemque sermonis festivitatem nativumque leporem, quo Socrates supra cunctos mortales excelluit, oratione sua sic expresserunt, nihil ut fingi possit venustius, nihil scite magis. A Socrate igitur, tanquam a capite & origine, profectae manarunt omnes posteriorum philosophorum praeclarae disputationes de aequo & bono, de justitia & fide,
de

de ceteris denique rebus, quibus hominum genus ad bene beateque vivendum excolatur. Atque illi ipsi, qui hodie, in Gallia praesertim & Britannia; ut suum & aliorum otium fallant, nos libris de morum doctrina scriptis prope obruunt, quid, quaeso, magnopere afferunt, quod in Socraticis libris non multo rectius atque elegantius tradatur?

Graeci igitur sapientes qua ratione hominum morēs ad honesti decorique curam & omne genus officii conformarint, satis a Vobis cognitum arbitror; Auditores. Reliquum est, ut, quibus legibus, moribus, disciplinis respublicas temperarint, quam poterimus brevissime, explicemus. Hic rursus Pythagoricorum virtus ac prudentia multiplici gloria eluxit, quippe quorum haud pauci & rerum publicarum clavum tenuerunt, & civitates salutaribus institutis fundarunt. Quanquam nec in ipsa Graecia defuerunt ea aetate, qui Politicam sive civilem hanc prudentiam, si minus docendo scribendove, at certe republica domi forisque tractanda sic exornarent, ut nihil admodum ad perfectionis laudem deesse videretur. Sponte vobis, vel me tacente, illustre Solonis nomen succurrit, prudentissimi Atheniensium legislatoris, & septem Sapientum numero habiti. Graeciae vero civitates quam egregiis legibus temperatae fuerint atque excultae, quis tandem majus illustriusque testimonium desideret eo, quod illis Romani, quantis opibus, imperio & rerum gestarum gloria, tanta gravitatis & recti iudicii laude

praestantes, publice perhibuerunt? Horum enim jussu, post exactos reges, tres legati in omnem Graeciam profecti sunt, ut tum inclitas Solonis leges, tum aliarum civitatum mores institutaque cognoscerent, & descripta domum asportarent. Ex quibus maximam partem conflatae sunt Leges XII. Tabularum, quarum tanta & fama est, & in veteri jure Romano cognoscendo utilitas. Sunt igitur duodecim Tabulae fons omnis publici privatique juris: duodecim Tabularum fons Graecorum leges, Atheniensium maxime. Est autem illa Regum & principum virorum administra & comes, Politica, primum a Platone, mox ab Aristotele, ad justam disciplinae formam revocata. Quorum posterior si nullum aliud ingenii monumentum condidisset: extant autem plura singulari sagacitate & exquisita diversissimarum rerum scientia confecta, quae ejus famam satis tuentur: solis aureis de optima republicae institutione libris nomen suum ad immortalitatis memoriam consecrasset. Sed cavete hic vobis doctorem umbraticum animo fingatis, abdentem se literarum latebris, & gravi cum supercilio Regibus principibusque viris, quos nunquam frequentavit, leges scribere ausum. Etenim politissimi vir ingenii in aulae luce ac splendore vixit, maximis omnis memoriae regibus, Philippo & Alexandro summa familiaritate conjunctus, multumque versatus cum ministris & adjutoribus consiliorum. Ecquem igitur putetis; vaferrimas aulicorum artes,

arca-

arcanasque, quibus regna administrentur, rationes vel indagasse sagacius, vel tenuisse rectius, vel literis prodidisse accuratius? Perspexit nuper, & quidni perspiceret is, quem propter singulare mentis acumen omnisque pulchri sensum inter praecipua hujus seculi ornamenta referas? perspexit igitur operis praestantiam Illustris Montesquieu, & plura inde in eximium de Legum caussis librum derivavit, quam fortasse credant priscarum literarum ignari.

Susceptae materiae ordo jam me ad illud Graecorum studium ducit, quod in rebus naturalibus scrutandis explicandisque collocarunt. De quo antequam dicere instituo, pauca generatim atque universe monenda puto. Gravis quaestio est, & variis discrepantium inter se doctorum hominum agitata contentionibus, plusne Veteres ingenio & honestissimarum artium scientia valuerint, an recentiores? Nec temporis hujus est, nec instituti, quibus quisque rationibus, quam sequeretur, opinionem confirmarit, ordine referre. Utrunque certe magis cupide animoseque disputatum est, quam solide & vere. Exorti tandem viri sunt ab omnium partium studio alieni, in quibus & summa fuit judicandi vis, & summa meritis amplificata auctoritas, qui litem, magno bonarum artium damno indies gliscentem, sic dirimerent, ut antiquitati palmam tribuerent in disciplinis iis, quae ex apertis cognitisque fontibus hauriendae, sola ingenii sollertia perficiantur: contra, recentiori aetati in iis, quae ex abditis naturae

penetralibus observandi diuturnitate, & longa experimentorum eruantur serie. Quae cum ita sint, quis non videt, Veteres a recentioribus in Physicis & plerisque Mathematicis, quae longioris aevi diligentia constent, longe multumque superari? In quo tamen vituperare antiquitatem, & contemnere, quod multos facere videas, sive stultitia est, sive iniquitas, sive utrumque. Nisi forte quis etiam Physicis, qui nunc sunt, obtrectandum putet, quod non eosdem, quos qui post mille annos futuri sunt, in arte sua progressus fecerint. Verum tamen ingenue fatendum est, Graecos omnes, ne Leucippo quidem & Democrito exceptis, qui Physicorum longe principes numerantur, in hac naturae scientia conjecturis tribuisse nimium, experimentis parum. Quod idem institutum, gravi praeclarae hujus doctrinae detrimento, Physici deinceps secuti per multa secula tenuerunt: donec Baco Verulamius, cui illorum, qui de Philosophiae & laudandarum artium studiis bene meriti sunt, antepono neminem, comparo paucos, naturae speculatores a vano conjectandi studio ad ipsam naturam observandam, factisque periculis exquirendam revocavit. Quamquam ad veterum excusationem, non deest, quod dici possit. Nondum enim oculus arte adjutus erat, nondum inventa antlia, quam vocant, pneumatica, nondum denique tot alia sensuum manuumque adjumenta comparata; sine quibus, fallitur, qui se in naturae cognitione multum profligaturum putet. Neque tamen

tamen aliquis nobis occurrat sic, ut dicat, ex his tam praeclare inventis, quae modo commemoravimus, quantum recentiores antiquioribus ingenii vi praestent, vel liquidissime apparere. Non est, non est profecto, in quo horum sagacitas se valde efferre atque exultare possit. Fere enim, nescio quo fato, accidit, ut maxima quaeque & utilissima hujus generis inventa casu potius, quam ullius sollertia, in lucem próferantur. Profecto mirum est, Auditores, qua ratione fortuna mortalium ludat industriam. Nam quod acutissimi homines, contritis in quaerendo aetatibus suis, invenire non potuerunt, illud saepe bardus aliquis Monachus, aut si quis est consimili stupore, nullo reperit negotio. Graeci vero quanquam ab iis, quae dixi, praesidiis imparati, Physices disciplinam inchoasse potius, quam absolvisse, putandi sunt: tamen in multis nec levis momenti rebus facem aetati nostrae praetulerunt. Nam coelestium corporum quae sit vis centripeta, quae centrifuga, haud leviter ab illis adumbratum est: sphaerica telluris figura iisdem fere, quibus hodie, rationibus demonstrata: maris denique aestus, ejusque caussae eodem, quo nunc, modo explicatae. Alia sciens praetereo.

Hactenus de Graecia philosophiae inventrice. Nunc de disciplinarum Mathematicarum ort & incremento nobis disserendum est. Vetus opinio est, jam inde a Thaletis ducta temporibus, tum numerorum scientiae, tum Geometriae, tum denique

que Astronomiae incunabula apud Chaldaeos Aegyptiosque esse quaerenda. Ergone Graeci philosophiam invenire potuerunt, Mathesin non potuerunt? Ergone ingenia illa, quae optimis artibus excogitandis alerentur, aliquando torpuere obtusa? Equidem neque laudem, barbaris gentibus ab ipsis Graecis sponte ac liberaliter tributam, in dubium vocem; nec illis, qui tot propriis bonis abundant, affingam aliena. Hauserint inde Graeci prima harum artium elementa; quae quam rudia, tenuia atque incondita fuerint, non aliunde rectius, quam ex eo, quod Diodorus Siculus narrat, intelligi potest. Negat enim scriptor clarissimus Chaldaeos illos, quibus tantum in hoc genere tribuitur, solis deliquium praedicere & ad certum tempus revocare ausos fuisse. Egregiam sane Astronomiae scientiam & fama tam illustri & pervagata dignam! Graecis, Graecis, inquam, nominatim Thaleti Milesio, illa gloria servata fuit, ut primi eclipses supputarent, stupentique vulgo praedicerent. Verum quantumcunque tandem sit, quod barbarorum ingenio debeatur, Graeci certe ita illud & amplificarunt & exornarunt, ut ipsi demum veri Mathematicarum disciplinarum inventores dici haberique possint. De Arithmetica quidem quam praeclare meriti sint, quid multis commemorem? quorum industria non vulgaris tantum, sed analytica etiam, quam hodie Algebram vocitant, nobis est comparata. Atque hic inveteratus prope error ex hominum animis evel-

evellendus est, quo Arabes nobilis hujus subtilisque artis satores ac parentes ferunt. Quod si omnia vetustatis monumenta, quibus pulcherrimum inventum Graecis vindicari possit, fatali illa librorum strage intercidissent: tamen hanc analyticam numerandi rationem, aequae ac reliquam Arabum eruditionem, ex Graecis fontibus repetitam crederemus. Jam vero cum superest Diophantus Alexandrinus, vir longe acutissimus, qui se principem Analyticae Arithmeticae inventorem & dicat & re ipsa probet: tamenne Arabibus, quod per vim & ambitionem interverterunt, tanquam proprium tribuemus?

Pari studio Graeci, & vero etiam vehementiori, rationes ducti in pulvere radii demonstrarunt. Certè si immortalia eorum in Geometriam merita sigillatim persequi instituerem, vox me citius aut dies, quam materia, deficeret. Ecquis vestrum est, Auditores, qui in hujus doctrinae adyta penetrare cupiens, non Euclide usus sit mystagogo? De quo illud mirabile ad laudem ac prope singulare praedicatur, qui ejus placita vel in dubium vocarit, vel erroris convicerit, per tam immensi temporis decursum adhuc repertum esse neminem. Euclidem brevi post excepit is, quem aetatis suae Newtonum dixeris, Archimedes; qui, quantum Graeci ceteris nationibus ingenii gloria antecelluerunt, tantum Graecos omnes incredibili mentis vi & celeritate anteivit. Namque universam Mathesin felici industria persecutus, ob-

scuris

scuris lucem, dubiis fidem attulit, atque hanc tam insignem laudem infinita novorum inventorum multitudine cumulavit. Geometriae vero scientia sic excelluit, ut in ejus libris jam vestigia sublimioris, qua aetas inprimis nostra gloriatur, Geometriae haud leviter impressa appareant. Archimedi tum alios, si libet, adjicite, tum inprimis praestantem arte sua hominem, Apollonium Pergaeum, qui primus omnium, quantum scimus, latentes antehac & obscuras Conicarum sectionum proprietates in lucem protulit, & scienter declaravit.

Major ex coeli et siderum observatione in vitam humanam redundat utilitas, quam ut a Graecis negligi spernive potuerit. Itaque nullus fere ante Socratem aliquo nomine extitit philosophus, qui non siderum magnitudinem, intervalla & meatus, quanta posset diligentia, anquirenda existimaret. Pythagorici inprimis, quod summa vigilantia coelum spectarint, summis in coelum laudibus feruntur. Ex qua nobilissima familia Philolaus, si quis alius, commemorandus est, qui princeps solem in universi centro sic collocavit, ut ipse circa axem rotetur suum, planetae autem omnes circa ipsum orbitis rotundis moveantur. Cujus sententiae primum auctorem cum antiquarum expertes literarum Nicolaum Copernicum jactarent, Ismael Bullialdus, vir eximius, qui, raro exemplo, ad Astronomiae laudem politioris humanitatis decus adjecerat, inventi tam praeclari gloriam rursus Philolao vindicavit. Ita

non pauci hodie, praesertim ex illis, qui in compendii alicujus angustias compacti & conclusi sunt, quae ante plura jam secula veterum scriptis sermonibusque celebrata reperiantur, pro recens inventis venditant, majorine imperitia, dicam, an insolentia, & vanitate. Singulos vero, quorum opera & labore; Astronomia creverit, si enumerarem, quem tandem exitum oratio nostra inveniret? Mitto igitur Eudoxum Cnidium, mitto Metonem Atheniensem, mitto Aristarchum Samium, mitto denique tot alios & meritis suis & aliorum praeconio nobilitatos. Nec tamen Archimedes hic praetereundus est vel ob eximiam sphaeram ab ipso inventam, in quam solis, lunae, & quinque errantium motus sic illigaverat, ut celeritatis & tarditatis rationem, quam conversionibus suis tenerent, felicissime imitaretur. At enimvero superiorum Astronomorum omnium luminibus multum offecere duo excellentes viri, & ad siderum scientiam amplificandam, atque in justum artis habitum cogendam, nati factique, quamvis aetatum disjuncti intervallis, Hipparchus & Claudius Ptolemaeus: quorum prope innumerabilibus observationibus inventisque Astronomia plus incre- [26] menti cepit, quam vel superioribus seculis cunctis, vel pluribus deinceps secutis. Nolite tamen putare, Auditores, me vel tam ineptum antiquitatis admiratorem esse, vel tam iniquum recentioris industriae existimatorem, ut veterem Astronomiam cum novae hujus splendore ullo modo comparandam ducam.

Erudita illa Graecorum gens ultra, quo progredere-
retur, vix habuit, tum aliis caussis impedita, quas
hic referre nihil attinet, tum omni fere supellectile,
quae sideribus observandis inserviat, destituta. At
quot & quales hodie opportunitates habemus! quan-
tam omnis generis instrumentorum copiam! Quo
magis saepenumero veterum sagacitatem admiror,
qui, quae recentiores tuborum ope cognorint, ea-
dem, tanquam divini, rara & singulari ingenii vi
conjecerint. Democritus certe tot seculis ante
natum Galilaeum docuerat, galaxiam non nisi ex
infinita exiguarum confertarumque stellarum multi-
tudine constare. De Lunae vero natura, phasibus,
maculisque complures veterum, absque oculo arte
adjuto, eadem, quae recentiores coeli siderumque
spectatores, tradiderunt.

Cum omnes omnino artes, quibus vitae humanae
commoda adjuventur, et ortum suum Graecis de-
beant, & incrementa, quid mirum est, si Mecha-
nica, cujus usus latissime patet, eorundem ingeniis
exculta egregium in modum fuerit ac perpolita.

[27] Archytam Tarentinum, accepimus, non tantum ma-
chinas, quae inspectantes stupore defigerent, effinx-
isse, sed et primum omnium accuratam illarum
construendarum rationem literis explicasse. Inter
omnes autem, quos prisca aetas tulit, Mechanicos
maxime eminet Archimedes ille ad miraculum usque
ingeniosus. Qui cum Syracusae gravissima ob-
sidione a Romanis premerentur, quod ingentium
copi-

copiarum robur vix efficere potuisset, id effecit unus, patriam urbem per tres annos machinis bellicis, quas summa sollertia excogitasset, ab hostium irruentium vi defendens. Idem eodem tempore Marcelli classem mirabilium illorum speculorum ope exussit; simulque nobis documentum dedit, Optice ad quantum culmen fuerit a Graecis proventa. O! civem egregium, nec unquam satis laudandum, cujus ingenium patriae tanto praesidio fuit, quanto ornamento. Extulit ceterior aetas multos excellentesque Mathematicos; sed ex quo patria fructum tam amplum ceperit, extulit neminem. Hospes sit, oportet, & peregrinus in Graeca historia, quem non saepe tot tam varii generis tormenta bellica, arietes, testudines, helepoles, turres, aliaque incredibili sagacitate reperta, in admirationem rapuerint. Nihil jam dicam de artificiis, quae ex eadem machinali doctrina ad multiplices hominum usus, tum necessitatis, tum delectationis causa, uberrime effloruerint.

Mechanicam ars illa, quae aedificandi leges dat, arctissima cognatione attingit: cujus quam exquisita [28] scientia Graeci praediti fuerint, vel ex Graecorum architectorum commentariis, quos Vitruvius in compendium misit, in unumque corpus perite conflavit, satis cognoscere potestis. Sed quanto hoc clarius & luculentius ex magnificis illis monumentis, quae vel omnium rerum confectrix aetas, vel Saracenorum furor & immanitas reliqua fecerint,

intelligi potest! quibus, quamvis misere habitis, contemplandis admirandisque eruditorum peregrinatorum oculi animique nunquam satiantur. Itaque nulla hodie in cultiori, qua patet, Europa gens est, quae non Graecis hac in arte principatum deferendum ducat. Ac peritissimi quique aetatis nostrae architecti pulcros sese beatosque judicant, si quid imitando, quod proxime ad Graeci praestantiam operis accedat, effingere queant.

Sed quo plura Graecorum inventa refero, eo magis mihi crescit materia dicendi. Etenim nihil adhuc dixi de Geographia, nihil de Gnomonica, nihil de Hydraulica, nihil denique de Musica, quae & ipsa cum olim Mathesis pars esset, insignem Mathematicorum opem & auxilium experta est. Neque a proposito alienum foret, de nobilissimis artibus, Pictura & Sculptura hic disserere: in quibus laudandis quantum se jactare nostra posset oratio! Quid enim signorum habet aetas recentior, quod cum antiquitatis Graecae pignoribus comparatum [29] non sordeat? Sed haec omnia pro materiae dignitate explicare, temporis, quibus concludor, angustiae vetant. Neque tamen ita properandum est, ut praeclarissimam illam humanae vitae sospitam & conservatricem, Artem Medicam, cujus ope cum maxime indigeo, silentio praetermittam. Haec, ut reliquae artes, a rudibus exiguisque profecta initiis, tandem per multos gradus pervenit ad Hippocratem, divinum hominem, immensa omnium, quae ingenio con-

continentur, artium scientia praeditum, & naturae observatorem tam diligentem tamque accuratum, ut et alios fallere, & ab aliis ipse falli nesciverit. Hic simplicissimam & naturae consentaneam medendi viam ingressus, brevi salutarem artem ad summum decus provexit. At illa Hippocratis semita, quae sola ad humani generis salutem duceret, quam paucorum notata est vestigiis! Brevi neglecta obsolevit tradita ab eo medicinae excolendae ratio: In certae experientiae locum philosophicae argutiae successerunt: Jacuit ipse hujus artis parens ac princeps: circulatores atque anilium nugarum institores in coelo fuerunt. Sed tandem divinitus excitatus Hermannus Boerhavius, alter Hippocrates, quo vix quisquam hanc Academiam, ipsumque nomen Batavum majori illustravit gloria, summum illum Coorum herosa in pristinam dignitatem restituit, ejusque studium & oratione, ex hoc ipso loco habita, & multo magis exemplo suo, sic artis salutaris studiosis commendavit, ut jam universa fere Europa se ad Hippocratis auctoritatem contulerit.

Atque ita potiorum artium originem, quanta [30] potuimus brevitate usi, enarravimus. Restant deliciae illae nostrae & amores, liberalissima humanitatis studia: in quibus veteres illi Graeci omnium consensu gentium vere regnant ac triumphant. Quem enim ulla natio poetam protulit, qui cum Homero; quem oratorem, qui cum Demosthene; quem historicum, qui cum Thucydide sit, ullo pacto com-

comparandus? Latium solum ea edidit aluitque ingenia, quae Graeciae gloriam prope in discrimen vocarent? Sed quis Graecis Latinos opponat, qui quem habent ingenii cultum, a Graecis ad se tractum esse, ingenue fatentur? Aegre ab hoc loco, & ad fructum uberrimo, & ad voluptatem suavissimo, discederem, nisi jam mihi harum literarum quotidie celebrandarum facultas oblata esset jucundissima & maximè animo exoptata meo. Quod immortale beneficium cum a Vobis, Amphissimi Proceres, in me profectum sit, Vos, par est, summa veneratione, Vestris in rempublicam & bonas literas meritis debita, a me compellari. Omnino tam illustrem prolixae erga me voluntatis Vestrae significationem dedistis, nihil ut jam aliud mihi omni vita cogitandum agendumque sit, nisi qua ratione possim me tali ac tanto beneficio dignum praestare. Ex quo quidem tanto uberius laetitiae fructus ad animum meum pervenit, quod eo semper meorum summa votorum rediit, ut mihi juventutem ad illarum artium, quarum ipse amore flagrabam, honestissimum studium erudire publica auctoritate liceret. Quo me nec majus nec pulcrius reipublicae munus afferre posse, tum ipsa ratio mihi persuaserat, tum veterum auctoritas sapientum. At enim insigne illud, quo animus effertur, gaudium non mediocriter conturbat arduae, quam capesso, provinciae contemplatio. Nam in qua tandem Musarum sede publici doctoris partes agam? Nempe in ea, quae eximiis semper
in

in quocunque disciplinarum genere magistris floruit, in hoc vero humanitatis ac literarum studio non nisi summis. Verum enimvero superest, atque utinam diu supersit, studiorum meorum per duodecim annos dux & auctor fidelissimus; qui si me meaque omnia consilio suo moderari perrexerit, non est, quod hujus difficultatem muneris, quantumvis gravem, magnopere pertimescam. Ceterum sentio magis, Viri Illustrissimi, quam immensum quiddam & infinitum sit, quod Vobis debeam, quam verba, quae munificentiae Vestrae magnitudinem exaequent, reperio. Sed quid opus est exquisitis gratiarum formulis, ubi factis & re ipsa gratus animus declarari multo rectius potest? Sic igitur habete, me, quoad vixero, omnem curam, operam, laborem in id collaturum, ne quid unquam Academia Vestra vel detrimenti vel dedecoris ex me cepisse videatur. Cujus diligentiae meae ut Vos quam diutissime testes & spectatores habeam, ex animo precor.

Vos vero cum intueor, Viri Clarissimi, qui magna cum ingenii gloria divinas humanasque literas pro- [32] fitemini, quanta me voluptate perfundi existimatis? Vestrum enim haud pauci mihi non modo viam, quae ad solidiorem eruditionem duceret, praeiverunt, verum etiam tot tam luculenta beneficia apud me collocarunt, ut, si illorum memoriam non summa religione conservem, nefarie peccasse censendus sim. Jam cum docendi munus, cujus fausta, ut spero, auspicia capio, me arctius, quanquam dis-
pari

pari ordine & loco, sed arctius tamen Vobiscum conjungit: etiam atque etiam peto a Vobis & contendō, primum, ut, si quando erravero, prudentia me Vestra comiter in viam reducat; deinde ut amicitiam eam, cujus per complures annos fructum cepi jucundissimum, integram mihi atque illibatam conservetis. Equidem nullum officii genus, quo Vos mihi devincire possim, temere praetermittam; & quando ingenio atque eruditione Vobiscum certare temerarium est, & supra vires meas, fide, animique integritate, quae nullo oblinatur fuce, Vobiscum certabo.

Te vero, Vir summe & omni laude cumulate, Tiberi Hemsterhusi, ut nominatim appellem, Tuorum in me meritorum postulat magnitudo. Nolim virtutibus Tuis, quas mirari, quam laudare facilius est, ambitiosius commemorandis, pudori ac verecundiae illi, qua non minus, quam immensae eruditionis gloria praestas, importune vim afferre. Dabis tantum hanc mihi veniam, ut grati animi [33] sensus explicans, quantā possum voce testificer, me plus, quam Tibi, mortalium debere nemini. Nam qui sum, quantuscūque sum, ex disciplina Tua profectus sum. Hanc ipsam vocem, nisi Tu eam praeceptis Tuis conformasses, quis unquam dignam, quae ex hoc audiretur loco, existimasset? Etsi igitur omnia, quae homini ab homine praestari possunt, mihi, ut qui maxime, praestitisti: est tamen aliquid amplius quod mihi a Te tribui velim.

Nimi-

Nimirum sic me quotidie consiliis monitisque Tuis institues, ut non ego, verum per me Tu erudire studiosam juventutem videare. Quo uti nihil ad publicam utilitatem potest esse accommodatius, sic laudem meam illustrabit potius, quam obscurabit.

Tandem Vos etiam adloquor & saluto, Nobilissimi Commilitones, spes patriae, flos juventutis ex humanissimis gentibus politissimisque delibate. Vestra res hic agitur. Vobis, Vobis combibendi sunt limpidissimi illi Graeciae fontes, ex quibus quicquid est optimarum artium longe lateque dimanavit. Theologia sola augustiorem ortum habet, quippe ex coelo ad collustrandas mentes nostras divinitus profecta. Verum cum novi Foederis promulgatio Graeco sermone confecta sit, ne ad ejus quidem intelligentiam alius aditus est, nisi per Graecarum praesidia literarum. Itaque si nulla alia ex his literis speranda esset utilitas, illa tamen, quam dixi, ratio sola satis magnam vim habere deberet ad [34] animos vestros mirabili illarum amore inflammandos. Incumbite igitur ad hanc tantam tam praeclaram laudem, ut facitis, meque, si tanti videar, studiorum vestrorum vel ducem capite, vel adiutorem.


DIXI.

E



DAVIDIS RUHNKENII

ORATIO



DE

DOCTORE UMBRATICO,

Publice dicta in

ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

A. D. **xxi**. Septembris MDCCLXI.

QUUM ORDINARIAM HISTORiarUM & ELOQUENTIAE
PROFESSIONEM AUSPICARETUR.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud SAMUELEM & JOHANNEM LUCHTMANS,

Academiae Typographos, MDCCLXI.



ILLUSTRISSIMIS ET SPLENDIDISSIMIS

VIRIS,

ACADEMIAE

LUGDUNO-BATAVAE

CURATORIBUS,

GUILIELMO COMITI DE BENTINK,

**RHOONAE ET PENDRECHTAE DOMINO, EQUESTRIS
HOLLANDIAE ORDINIS MEMBRO, EJUSDEMQUE
NOMINE IN CONSESSU DELEGATORUM HOLLAN-
DIAE ORDINUM PRINCIPEM LOCUM TENEN-
TI, AGGERIBUS ET VIIS RHENOLANDIAE
CURANDIS SEPTEMVIRO, ETC. ETC.**

CORNELIO DE WITT, J. C.

**JAARVELDIAE DOMINO, CIVITATIS DORDRACENAE
SENATORI ET CONSULARI VIRO, EJUSDEMQUE
CIVITATIS NOMINE ILLUSTRIS COLLEGII AR-
CHITHALASSICI, QUOD AD MOSAM EST,
ASSESSORI, ETC.**

PETRO STEYN, J. C.

**ORDINUM HOLLANDIAE CONSILIARIO ET SYNDICO
SUPREMO, MAGNI SIGILLI CUSTODI, SUPREMAE
CURIAE FEUDALIS PRAESIDI, EJUSQUE TABU-
LARI PRAEFECTO, AGGERIBUS ET VIIS
RHENOLANDIAE CURANDIS SEPTEM-
VIRO, ETC.**

EORUMQUE COLLEGIS
AMPLISSIMIS, NOBILISSIMISQUE
VIRIS,
CIVITATIS LEIDENSIS
CONSULIBUS,

NICOLAO VAN DE VÉLDE, J. C.
CONSULARIS COLLEGII CUM MAXIME PRAESIDI, ETC.

JOHANNI VAN DER MARCK,
AEGIDII FILIO, J. C.

PETRO CUNAEO, J. C.

HENRICO VAN BUREN, J. C.

ITEM

SPECTATISSIMO CONSULTISSIMOQUE
VIRO,

JOHANNI VAN ROYEN, J. C.
CIVITATIS LEIDENSIS SYNDICO, ET ILLUSTRICURATORUM
CONSULUMQUE COLLEGIO AB ACTIS.

Hanc Inauguralem Orationem,
qua par est, reverentia.

D. D. D.

DAVID RUHNKENIUS.

DAVIDIS RUHNKENII
ORATIO INAUGURALIS
DE
DOCTORE UMBRATICO.

MAGNIFICE RECTOR.

ILLUSTRISSIMI ET SPLENDIDISSIMI ACADEMIAE
CURATORES.

AMPLISSIMI NOBILISSIMIQUE HUIUS CIVITATIS
PRAETOR, CONSULES, JUDICES, QUIQUE IIS
A CONSILIIS ET AB ACTIS ESTIS, VIRI GRA-
VISSIMI.

CLARISSIMI ATQUE ERUDITISSIMI OMNIUM DI-
SCIPLINARUM PROFESSORES.

QUI TRIBUNALI ACADEMICO AB ACTIS ES, VIR
SPECTATISSIME.

MEN.

MENTIS DIVINAE INTERPRETES FIDISSIMI ET
DISERTISSIMI.

MATHESEOS PRAELECTOR ACUTISSIME.

OMNIUM ARTIUM DOCTORES INGENIOSISSIMI.

CIVES ET HOSPITES OMNIS ORDINIS, LOCI, ET
DIGNITATIS ORNATISSIMI.

TU DENIQUE LECTISSIMA JUVENTUTIS CONCIO,
NOSTRA CURA ET VOLUPTAS.

CUM ante quadriennium eoque amplius ex hoc illustri atque edito loco, auspicii causa, verba facerem, etsi animo non mediocriter conturbabar, tamen me erigebat sustentabatque ipsius muneris, tum mihi delati, cogitatio, quod non tam disertam & rhetorum artificiis expolitam orationem, quam nudam argumenti e Graecis literis hausti enarrationem postulabat. Hodiernus autem dies majorem mihi curam & sollicitudinem injicit. Etenim non satis est, locum minus tritum, & ab Historiarum tradendarum munere non alienum, ex vetustatis memoria depromere, nisi hic idem omnibus verborum sententiarumque luminibus ita frequentetur, nemo ut unus, quin Eloquentiae etiam Professio in loco posita sit, in dubium vocare possit. Verum multo vehementius commoveor & loci, in quem prodeco, splendore, & muneris, quod auspico, ampli-

amplitudine & gravitate. Est haec propria & perennis hujus Academiae gloria, illustrari magnis in omni doctrinarum genere viris, in hac autem humanitatis disciplina sine exemplo maximis. Nam ex quo ille imprimis, omnium, quotquot fuerunt, aut fortasse futuri sunt, Literatorum princeps, Josephus Scaliger, Batavam gentem incorrupto veritatis & elegantiae, quae priscis Graecorum Latinorumque monumentis continetur, gustu imbuuit, hujus Academiae fasti, quot humaniorum literarum Professores, totidem prope heroes ostendunt. Omnes ne commemorem, quis ignorat Dan. Heinsii, Jo. Fred. Gronovii, Jac. Perizonii & P. Burmanni consecrata ad omnem posteritatis memoriam nomina? Adhuc, non dicam in animis, sed paene in oculis nostris versatur recondita Vir eruditione, & de laudandarum artium studiis praeclare meritus, quem nuper acerbo funere extulimus, Franciscus Oudendorpius. Talium virorum partes cum excipiendae sint, nemo est, quantumvis ingenii & doctrinae copiis affluat, quin se sacro quodam horrore corripere sentiat, nedum ego, qui tantae rei facultatem ut assequerer, optavi quidem semper, assecutum me esse, nunquam existimavi. Neque [8] haec tenuitatis meae conscientia linguam tantum, per se satis infantem, debilitat, sed omnem etiam laetitiae, ex novo honore hauriendae, sensum, si non excutit e pectore, hebetat certe atque obtundit. Verum enim vero demissum animum allevat

F

Vestra,

Vestra, Ornatissimi Auditores, de me spes & opinio, quam ore vultuque ad festivitatem composito significatis: recreat imprimis atque confirmat honorificum sapientissimorum Academiae Moderatorum de me iudicium, cui eo minus diffidere par est, quo longius & humilis pretensio abfuit, & blanda munerum conciliatrix, gratia. Etenim, quae singularis summorum virorum est prudentia, non temere me in hunc altiorem locum provexerunt, sed Graecarum literarum praelegendarum provincia mihi demandanda, per quadriennium virium mearum periculum fecerunt. In qua administranda cum me talem gessissem, qualem maxime voluerunt, idoneus illorum iudicio visus sum, cui publicam Historiarum & Latinarum literarum disciplinam delegarent. Nec ignorabant illi, Graecarum Latinarumque literarum studium nuper se, quorundam hominum inertissima segnitie, scidisse, ut, quae olim unae eademque, nunc duae prope diversae artes esse videantur. Sed cum iidem praeclare didicissent, has, literas ipsa natura & genere ita colligatas implicatasque teneri, ejusdem ut sit dementiae, Latinas a Graecis divellere, & navim communem cum socio dividere, verissime statuerunt, tanto quemque meliorem esse Latinarum literarum magistrum, quanto meliorem Graecarum, & tanto meliorem Graecarum, quanto meliorem Latinarum.

Jam

Jam praetervectus scopulum, in quo ne pudor meus offenderet, verebar, liberiore magisque soluto animo ad dicendi argumentum accedo, quod, ut spero, bonum om̄en novi honoris auspiciis faciet, eritque huic loco & tempori accommodatum. Omnium fere, in simili munere adeundo, orationem vel in literis commendandis, vel in causis, cur illae labantur & ad interitum vergant, inquirendis video consumi. Quas quidem causas cum alii aliunde repetant, hi vehementius invehuntur in juventutis desidiam & mollitiem; illi parentes objurgant, qui ad ambitionis vanitatem, & quaestus humilitatem referant omnia, ad cultum ingenii nihil: hi ingens, quod nuper exarsit, vernacularum / linguarum excolendarum studium Graecas Latinasque literas e medio pellere indignantur: illi denique bonas artes, potentium virorum patrocinio orbatas, sic concidisse, graviter conqueruntur. Vere omnes ac merito: quis neget? At mihi in hanc cogitationem incumbenti, quicumque in hoc argumento copiosissime sunt diligentissimeque versati, visi sunt praecipuam, quae literarum fundum affligit, calamitatem vel plane transiisse, vel leviter attigisse, sive quod ejus rei explicatio aliquid invidiae habitura videretur, sive quod semet ipsi im-[10]prudenter traducere nollent. Profecto, quae vulgo Musis infesta creduntur omnia, non tantam melioribus literis pestem afferunt, quantam multi eorum, qui se humanitatis magistros dici haberique volunt.

Hi enim cum praeclaram juventutis indolem absurda, & nullo consilio temperata, disciplina corrumpunt, & felicia naturae semina, quae fovere & excitare deberent, extinguunt, quid, quaeso, aliud agunt, nisi ut ipsum humanitatis studium in perniciem vocent, teterrimamque barbariem reducant? Vere igitur Petronius Arbiter omnem liberalis doctrinae, inprimis eloquentiae, in deterius lapsae culpam confert in *umbraticum Doctorem, qui juvenum ingenia delet*. Juvat, quam Petronius leviter perstrinxit umbratici doctoris disciplinam, in hoc eruditissimorum hominum conventu explicare uberius, praesertim cum illa examinanda, quam ipse viam ac rationem docendi tenendam putem, simul significare ac declarare possim. Quod dum facio, quaeso a Vobis, Ornatissimi Auditores, ut me, sicut facere instituistis, benigne attentequē audiat.

Etsi plerique mortales insito quodam lucis & celebritatis studio ducuntur, multos tamen in literarum studiosis reperietis, qui sive naturae morositate, sive superbia, & aliorum contemptu, sive nimia literarum aviditate, sive quacunque alia causa, in mūsei umbra ita se literis abdant, ut reipublicae [11] lucem, hominumque consuetudinem fugiant, nec quicquam, quod ad communem fructum & utilitatem pertineat, in adspectum producant: qui inde a Latinis *umbratici* sunt appellati. Hi postquam se ab hominum commercio segregarunt, ceteris hominibus

hominibus nulla re similes esse volunt, sic demum, stulte credentes, se graviolem augustioremque speciem habituros. Vultus est tetricus & truculentus, ridiculus incessus, abhorrens a more communi corporis motus, vestitus immunda illuvie squalens, ut non homines diceret, sed hominum terriculamenta. Quodsi forte ex umbraculis suis in honestioris conventus lumen protrahantur, tum vero quasi in sole caligant, anxie trepidant, nec, ut ingenuos homines decet, oculos attollere audent. Ex hoc insano solitudinis studio, primum, animus, si ante integer fuit, contumaciam arrogantiamque contrahit. Nam ut infantes, quibus nulli obtigere collusores, contumacissimi esse solent, sic umbratici homines, ab omni convictu consuetudineque civili remoti, cum nunquam vel monendo, vel castigando, ad humanitatem sint comitatemque revocati, duos, difficiles, & prope intolerabiles se aliis praebent. Cumque in illa vita solitaria, qui plus ipsis sapiat, videant neminem, opinionis & assentationis errore se solos inter mortales sapere, se solos pulchros beatosque esse putant. Porro in istis latebris sensum, qui communis dicitur, ita perdunt, ut, si alius, atque de literis, sermo cum [12] ipsis instituat, vix muliercularum ludibrium effugiant. Talis denique eorum animis stupor ab obscura vivendi ratione offunditur, ut, quid in quaque re verum, pulchrum, & decorum sit, sentire nullo modo queant. E decori praesertim neglectu

lectu innumerabiles existunt ineptiae, quae per omnes vitae partes vagantur. Hoc Pedantismi vitium (utamur enim Gallico verbo, cum in Latina lingua satis aptum huic rei nomen non invenimus) hoc igitur vitium tam late patet, nullus ut eruditorum ordo sit, quem non ejus contagio levius gravius infecerit. Sed, ut verum vel invitus fatear, maxime hoc malo laborant ii, a quibus omnem decoris, pulchritudinisque sensum, ipsam denique amabilem humanitatem exspectaretis, propterea quod literas, quae ab humanitate nomen habent, profitentur. Quid ergo? an humanissimae literae, quae mores emollire, & feritatem animis eximere dicuntur, quicumque illas colunt, feros atque inhumanos reddunt? An veteres scriptores, pleni venustatis, gratiae, leporis, ut quisque familiarissime cum iis versatus est, ita illum ineptum, agrestem & inficetum a consuetudine sua dimittunt? Minime vero. Unde igitur hujus rei causam ducamus? Nempe haec humanitatis disciplina, primum, rerum magnitudine & varietate tam ampla est, & per tot antiquitatis monimenta dissipatur, ut, nisi quis divino praeditus sit ingenio, remotus plerumque ab oculis populi, [13] omne otium tempusque in ea discenda conterere debeat. Quo umbratili otio cum quidam ita capiuntur, ut, Timonis instar, ab omni humana societate abhorreant, sensim inde mores contrahunt, quos dixi. Deinde hae ipsae literae, quanquam maxime elegantia & suavitate censentur, habent tamen hic illic spinas vepresque, non illas quidem a scriptorum inge-

ingenio, sed a barbari temporis inscitia & corruptela. In quibus senticetis cum isti, nescio qua mentis pravitate ducti, libentius desideant, quam in laetis amoenisque viridariis, necesse est ingenium etiam exasperari, & velut horridum hispidumque reddi. Huc accedit insanum minutiarum studium, quod proprium est literatoribus otiosis. Gerris enim crepundiisque tractandis animus ad eam humilitatem abjicitur, ut nullius, nisi levīs, minutae, & puerilis rei cogitationem suscipere possit.

Jam satis bene cum literis, earumque studiosis ageretur, si tales lucifugi suum modo ingenium perversa studiorum ratione corrumperent. Sed cum juvenilis aetas iis potissimum erudienda tradi soleat, eadem perversitate juvenum ingenia ad altum surgentia delent. Etenim falsa scientiae opinione inflati, non se accommodant infirmis ingeniis, sed, ut supra vulgus sapere videantur, eruditionem venditant, docendo difficultates augent, & angustas puerorum mentes praeceptorum farragine opprimunt & suffocant. Ita fit, ut adolescentuli animum despondeant, & quas nondum cognovere literas, [14] odisse incipiant. Dandum esse aliquem huic aetati ludum, quo animus remittatur, indulgendum interdum & connivendum levioribus peccatis, una & consentiens prudentum virorum vox est. At hic de umbra doctus semper est

Difficilis, querulus, laudator temporis acti

Se puero;

semper

semper in ore habet illud in scholis adeo decantatum: *o! tempora, o! mores*: Sed ut faciles simus, & hanc tristitiam ac morositatem feramus, quis immanem in puerorum terga saeviendi consuetudinem ferat? Vix alia res est, mihi credite, quae majorem optimarum artium studiis calamitatem importet. Accidit enim nescio quo iniquo literis fato, ut plagosi Orbilii illis potissimum, qui ingenii praestantia literis aliquando ornamento essent futuri, omnem discendi amorem excutiant. Frustra quis erectioris indolis juvenes, tali contumelia affectos, ubi semel scholas reliquerint, revocet ad veteres scriptores iterum evolvendos: quippe cum ipso Ciceronis aut Virgilii nomine redit tristis imago immisericordis paedagogi. Quid jam dicam de ridiculo horum magistrorum supercilio & fastu? Ferulam dum gestant, sceptrum regium se tenere opinantur, stolidaque jactant, se Grammaticam, doctrinarum reginam, docere, secum & natas & morituras literas: erigunt denique tribunal, Scioppiano isti simile, ad [15] quod summi viri, si forte in vocula syllabave lapsi sint, obtorto collo rapiantur. Atque utinam hanc arrogantiam, ceterasque scholasticas ineptias in scholis relinquerent, nec secum in vitam civilem ferrent! Sed, dum puerorum gregem ficta auctoritate continent, in eam consuetudinem adducuntur, ut extra scholam etiam eandem gravitatem affectent, vultumque minacem ostendant. Quibus moribus cum semet ipsi omnium contemptui exponant, tamen deplorant

plorant sortem suam, & graviter queruntur, se lepidorum hominum ludibrio vexari, congressumque suum, tanquam contactu contaminet; a viris illustrioribus vitari. Sed ut illi dignas moribus suis poenas luunt, sic iniquissimum est, paucorum ineptias vulgo ad universos trahi, ipsumque scholasticum ordinem, cujus quanta est utilitas in republica, tanta etiam dignitas esse debebat; in contemptum & invidiam vocari.

Cognovistis, Auditores Ornatissimi, doctorem umbraticum in leviori Grammatices studio: jam eum cognoscite in graviori.

Praeclare comparatum est more institutoque majorum, ut juvenus salutaris Graecorum Latinorumque scriptorum tanquam succo mature imbuatur. Cum enim viri eximia mente et consilio praediti vidissent, non summam modo humani ingenii vim in Graecis Latinisque eluxisse, artesque omnes liberali homine dignas ab iisdem & inventas esse, & plene cumulateque perfectas, sed incredibiles etiam animi virtutes in eorum libris esse expressas: ex his fontibus omnem ingenii cultum, omnem solidiorem [16] doctrinam, sapientiae porro ac prudentiae praecepta; &, quod multo majus est, vitae bene instituendae exempla haurienda esse statuerunt. Horum igitur scriptorum interpretatione prope omne ejus, qui se humaniorum literarum magistrum profitetur, munus absolvitur: Sed has partes, nolite dubitare, quin omnium pessime tueantur ii, qui tota vita in umbra

desederunt. Nam, ut alia mittam, quis non intelligit, ne lucem quidem a tenebris magis differre posse, quam horum vespertilionum iudicium discrepat a veterum scriptorum, quos interpretari conantur, sensu? Hi quidem cum omnem vitam in reipublicae luce, in bello, in foro, in legationibus, aliisque gravissimis civitatis muneribus transegissent, aut mores venustorum hominum consuetudine excoluissent, simillima splendidae vitae monumenta literis prodiderunt. Nihil in illis humile, nihil putidum, nihil ineptis fucatum, nihil quod scholae sordes redoleat: omnia lucent naturali pulchritudine, & singulari quodam splendore, quem magni & elati animi tanquam spiritus afflavit. Jam quomodo magistri, e latibulis extracti, juventutem ad talis pulchritudinis sensum acuent, quam nec sentiunt ipsi, nec, ut sentirent, unquam elaborarunt? Quomodo, qui omnes cogitationes suas in quisquiliis abiecerunt, quid suaviter, acute, venuste, magnifice dictum, secusve, sit, iudicabunt? Mirum fortasse quibusdam videatur, quod dicam: sed verum esse, [17] ipse experiundo cognovi. Saepenumero homines mediocriter docti, at bono praediti ingenio, & vitae humanae usu politi, quid in antiquis scriptoribus rectum, venustum, & admirabile sit, multo melius intelligunt, quam qui aetate in tenebricosis ergastulis conterenda, permagnam sibi eruditionem compararint. Gallica gens, ut ludis dedita scenicis, Tragicorum & Comico-
poëtarum exquisitum
iudi-

judicium habere putatur. Ac vidi in ipso hujus gentis elegantiori sexu, non eruditas illas quidem de scholae more, aut ineptas eruditionis ostentatrices, quales Galliae Menander lepida fabula exagittavit, sed quarum praeclarus naturae habitus sola vitae elegantia esset excultus, vidi igitur, quae de Sophoclis & Euripidis dramatis, sibi tantum per versionem cognitis, longe verius judicarent, quam multi, quos cognoram, de schola literatores, qui omnes horum poëtarum versus memoria tenebant. Non illae quidem disputare poterant de loquendi formulis, de Atticismo, de metro Tragico, sed tanto melius intelligebant, qua ratione fabula esset contexta, quam apte nodi adstricti, & rursus soluti, quantum poëtae artificium in moribus exprimendis, quae sententiarum altitudo, qui animorum motus efficaces vel ad virtutis amorem, vel ad vitii odium concitandum. Vix ullus poëta est, qui lautioris generis & fortunae hominibus magis in deliciis sit Horatio. Cui tametsi nihil ad summam vel ingenii vel artis laudem deest, tamen, quod prae ceteris [18] poëtis, magnis splendidisque viris comes haereat, imprimis tribuendum est mirificae illi urbanitati, quam ex Maecenatis, unius omnium politissimi viri, & vero ex Augusti aula, verissima omnis elegantiae schola, duxit. Hanc Horatii venustatem lucifugi, quos perpetuae lucubrationes stupefecerunt, gustare non possunt: sed ingenio elegantes viri sentiunt eo acrius, quo magis versati sunt in luce commerciorum.

Itaque verissimum credo id, quod mihi aliquando confirmavit vir generis splendore, & honorum amplitudine, incertum, an ingenii & doctrinae elegantia illustrior*, cum diceret, se juvenili aetate Horatium ita trivisse, ut omnes ejus versus tanquam digitos suos nosset, sed exquisitiores ejus verneret & lepores tum demum, eum honorum cursu ad mores hominum, regum imprimis & principum, cognoscendos esset delatus, penitus percepisse. Sed redeat oratio ad umbraticos doctores, unde deflexit. Ut humilis & angustus eorum animus est, ita humilem etiam de antiquis scriptoribus opinionem susceperunt. Nam quod bonorum, quae inde ad nos proficiscuntur, omnium minimum est, ut sermonis puritatem ex iis haeramus, illi longe maximum & prope dicam unicum bonum censent. Itaque, missis rebus, quarum cognoscendarum causa veteres [19] scriptores ab hominibus sanis leguntur, nihil nisi verba scrutantur, diligentia quidem adeo miseranda, ut, quoties vocabulum vel dicendi forma apud quemque scriptorem occurrat, scrupulose ad calculos vocent. Ex quo luto si se erigant, ritus antiquos & fabulas ad ineptias usque consectantur. Non illi, legendis divinis Homeri & Virgilio carminibus, una cum poetis animo efferuntur, & semet ipsi videntur majores fieri, non interiores ingenii & sapientiae opes quaerunt, sed in verborum cortice haerent, fabulisque cognoscendis delectantur. Ex

* Comes Guil. a Bentink,

quo fabularum studio ortae sunt vanae & ridiculae talium Grammaticorum quaestiones, veterum etiam Judibrio explosae: Quid Sirenes cantare sint solitae? quot Ulysses remiges habuerit? Quae nomina fuerint heroum in equo Trojano abditorum? An canes aluerit Cyclops? O! minutos magistrorum animos! o! stultum laborem ineptiarum! Idem in Cicerone non id, quo uno vera ejus magnitudo judicanda est, vim eloquentiae, sapientiam vita, haud facile dixerim, an scriptis testatiorem, animum denique omnium rerum prae patriae salute contemptorem, admirantur, sed festivam loquendi formularum copiam & varietatem. Et mirabimur, juventutis talibus magistris commissae animos, non ad magnificentiam ali & roborari, non ad veterum heroum exempla formari, sed potius deprimi ad frivolarum vanarumque rerum studium?

Hic quod diximus, umbraticos doctores maxime ritus antiquos venari, nemo ad antiquitatis contumeliam trahat. [20] Quis enim, cui mens sana est, reprehendat studium ad utilitatem uberrimum, & ad suavitatem jucundissimum, sine quo nullus ad quemvis veterem scriptorem intelligendum aditus patet? Non morum, consuetudinumque vetustarum investigationem, sed praeposteram perversamque, qua isti antiquitatem excutiunt, diligentiam spernimus & repudiamus. Etenim neglecta illa antiquitatis parte, cujus perlate patet usus, in levibus nugatoriisque inquirendis versantur. Citius tibi
 expli-

explicabunt, qui Deus fuerit Ajus Locutius, quae Dea Cunina, quae Cloacina, quam quod sit discrimen inter jus Civitatis, jus Latii, & jus Italiae. Citius enarrabunt, quid Romani comedere & bibere soliti fuerint, quam qua ratione rempublicam temperarint. Itaque cupienti tibi aucti lapsique Imperii Romani causas cognoscere, animum explebit Montesquieusius; hi praeclari antiquarii te inanem dimittent. Extitere quondam Aristotelis libri Πολιτειῶν, quibus CLVIII. Rerumpublicarum originem, formam, leges, publicos privatosque mores explicuerat, divinum & admirabile opus, ut e fragmentis existimare licet, quod plurimum aliorum librorum, qui ad nos pervenerint, jactura redemptum vellem. Atque hoc tam grave damnum qui deplorent, multi sunt, qui resarcire conetur, nemo. Haec, haec digna est erudito & antiquitatis studioso homine materia, qua rite tractanda de civili disciplina, atque adeo de genere humano bene mereatur. Contra paedagogorum ingeniis relinquendae sunt insulsae de veterum calceis, annulis, fibulis, & poenulis compilationes.

At dixerit aliquis, si inficeti tenebriones in veterum libris nihil nisi ritus & formulas quaerunt, neque adeo vim & praestantiam, quae illis inest, mente & intelligentia consequuntur, qui fit, ut classicos, quos vocamus, scriptores tam ambitiose laudent, sine modo crepantes coeleste Platonis ingenium, Atticos sales Aristophanis, admirabilem Ciceronis elo-

eloquentiam, beatam Livii ubertatem? Huic quod respondeamus, non alte petendum est. Nego illos de suo sensu, & de certa animi persuasione sic judicare: negent omnes necesse est, qui eorum stuporem & ineptias cognorint. Quid igitur? Psittacorum instar voces, quas a primariis viris acceperint, reddunt, si forte imperitis persuadere possent, non minus se, quam Scaligeros & Casaubonos, quae tantorum scriptorum sit excellentia, tenere. Ac nescio, an priscis scriptoribus contumeliosum sit, ab istis cum laude commemorari. Nam qui a studiis nostris alieni, Demosthenem, ut hoc utar, aut Ciceronem talium magistrorum praeconio celebrari audiunt, statim sibi fingunt speciem abjecti, inepti & umbratici literatoris, quales sunt, qui eos laudibus ferunt. Unde fit, ut multi optimos antiquitatis scriptores istorum jejunitate metientes, ipsas ingenuas artes, quae inde ad nos manarint, respuant, [22] ac pro nihilo ducant. Enimvero paedagogorum labes non est cum divinis viris communicanda. Jaceant magistelli: in coelo sint veteres heroës: rideatur paedagogica disciplina: in honore sint artes ab antiquorum ingenio ad nos profectae. Sed non satis est cerebrosis doctoribus, veteres comparato ad ostentationem studio laudare, nisi hanc laudem jungant cum acerba ingeniosorum, quos recentior aetas tulit, scriptorum vituperatione. Etenim seculum, quo vivunt, illis adeo consensuisse videtur, nihil ut in ullo doctrinae genere, quod legi operae pre-

pretium sit, proferre queat. Nauseant ad Bossueti & Fenelonii eloquentiam: illepidos vocant lepores Molierii: sordet Cornelius cum Sophocle, Racinius cum Euripide comparatus. Fontanum vero ubi Phaedro longe praeferri audiunt, plane cerebrum sibi excuti putant. Nos tametsi veteres artibus iis, quae ingenio continentur, ita excellere judicamus, ut posteris omnem sui consequendi spem abstulisse videantur, tamen, quin vel stolidi, vel invidiae labe suffusi, obtreptatoris sit, suam nostrae aetati laudem detrahere, nihil dubitamus. Quin ad utilitatem fructuosissimum, atque ad animi voluptatem liberalissimum est, maxima ex antiquitate ingenia cum ceterioris temporis luminibus committere, & quam felici studio recentiores antiquos illos imitati sint, curiose explorare. Ecquid vero aliud livore pallidi Grammatistae acerbissimo in nova ingenia odio [23] proficiunt, nisi ut ipsi liberalioris animi viris risus jocusque sint, vel, quo nihil est indignius, auctoribus antiquis invidiam conflent. Est enim novitiorum quorundam scriptorum ea stultitia, ut se tum demum illatam sibi injuriam egregie repulisse putent, cum indignationem & iram, quae in paedagogos effundenda fuisset, in ipsam antiquitatem evomuerint.

Sentio orationem a proposito paullum declinasse. Agebatur enim inprimis, ut, quae umbraticorum paedagogorum per omnes humanitatis partes disciplina sit, ostenderemus. Hoc igitur faciemus, ubi ante, quam fieri potest brevissime, demonstrarimus,

quo-

quomodo eorundem inscitia humaniorum literarum fines, a veteribus sapientissime constitutos, mutarit. Olim humanitatis studiis non tantum Poësis, Eloquentia, & Historia, sed inprimis Philosophia, &, sine qua vix percipi philosophia potest, Mathesis continebantur. Quinctilianus quidem in ipso Grammatico, id est, poëtarum interprete, cum philosophiae, tum siderum scientiam requirit: quippe poëtae, quos vetustissimos sapientiae magistros fuisse scimus, permulta Philosophiae & Astronomiae vestigia carminibus suis impresserunt. Sed videte, quam versa in deteriorem partem sint omnia. Isti in literarum opprobrium nati literatores, cum nugarum levitati tractandae essent adsueta, Mathesis difficultate deterrebantur, nec Philosophiae severitatem ferebant. Quid igitur [24] accidit? Veteres philosophos omnes, quamvis classicorum auctorum numero comprehensos, procul a se amandarunt, ipsamque Philosophiam (o! coecas hominum mentes!) tanquam infaustum omen despulerunt. Videas igitur, qui alios poëtas vastis commentariis obruant, non audere attingere Lucretium. Mole annotationum & conjecturarum laborant Ciceronis Orationes & Epistolae. At ejus libris philosophicis, qui interpretis nomen & dignitatem sustinere possit, nondum obtigit quisquam. Quid? Manilius nonne tenebris sordibusque adhuc oppletus jaceret, nisi literatores in paucis graviorum artium praesidio instructi, Scaliger, Huetius &

H

Bentlejus

Bentlejus illum sibi explicandum corrigendumque sumsissent? Quae cum ita sint, quis miretur, literatores saepe a philosophis tanquam syllabarum aucupes rideri, qui paleas modo e veterum libris legant, uberrima rerum sententiarumque segete neglecta? Quo opprobrio si tales, quales descripsimus, dignos censerent, ad suum iudicium adscribant sententiam nostram. Verum artificum inscientiam ad artes ne transferant, neve propter quorundam literatorum fatuitatem, ipsas politiores literas contemnant. Nam turpe est philosophis, nescire hominum culpam segregare ab innocentia rerum.

Philosophia igitur & Mathesi bonarum artium choro exclusis, restat umbraticis magistris Eloquentiae, Poësis & Historiae disciplina. Jam primum [25] videamus, quam viam faciant ad eloquentiam ituris. Qui eloquentiam ex vero aestimant, non magnam vim ad eam comparandam praeceptis tribuunt, sed prope omnem ab animo magno & excelso, virtutis et sapientiae admiratore, vitiorum, sordidarumque rerum contemptore, ducunt. Qualem animum si quis veterum oratorum, Demósthénis imprimis & Ciceronis, lectione adjuvet incitetque, assidua dicendi scribendique exercitatione adjungenda, facile, quod in eloquentia summum est, consequetur. Sed ad hanc veram & masculam eloquentiam cum pravi & illiberalis animi magistri adspirare non possent, aliam adulterinam in scholas invexerunt, verbis turgidam, sententiarum inanem, & ceteris rebus ineptam;

ineptam; ut merito in eos corruptae eloquentiae culpam conjiciat acerrimus umbratilis disciplinae exagitator, Petronius. *Pace vestra, inquit, liceat dixisse, primi omnium eloquentiam perdidistis. Levibus enim atque inanibus sonis ludibria quaedam excitando effecistis, ut corpus orationis enervaretur et caderet.* Hic si ita de aetatis suae rhetoribus judicavit, quid eum, si viveret, de recentioribus magistris censetis judicaturum, qui non eloquentiam, id est, sapientiam copiose loquentem, sed stultitiam loquacem juventuti tradunt, & tum se credunt mirifice locutos, cum oratio sua a communi ratione maxime abhorret. Sunt, qui exoletae vetustatis amore capti, cum Evandri matre loquantur, ut docti etiam, nisi glossaria percursa & prope decantata habeant, in singulis verbis haereant. Multo plures, sprete aurea illa Ciceronis simplicitate & verecundia, tumidum, phaleratum, & translationibus audax dicendi genus sectantur, cujus exemplum in Symmacho & Sidonio Apollinari habemus. Tales rhetores quondam multorum ex Belgis animos veluti pestilenti sidere afflarunt; quorum perversa ratio tam late manavit, ut etiam nunc reperiantur, qui non aliam orationem, nisi quae ex ampullis, & grande quid sonantibus verbis, nullo aetatis scriptorumque discrimine, conflata sit, pulchram ac magnificam ducant. Atque hanc potissimum causam esse crediderim, quare Belgae quos cunctis gentibus eruditionis gloria antecelluisse

constat, una bene dicendi scribendique laude cesserint Italis, qui se totos ad Ciceronis, & ut quisque ei proximus est, imitationem contulissent. Neque tamen uno hoc morbo novi eloquentiae magistri laborant. Doctam etiam obscuritatem & ipsi captant, & discipulis suis commendant, propterea quod vulgus maxime eorum, quae non intelligit, admiratione stupet. In hac ipsa Academia humanitatis disciplinam tradidit vir quidam doctissimus, extemporali oratione, ut accepimus, satis praestans, sed idem cum curam ad scribendum adhibuisset, stili morositate, & putida eruditionis ostentatione ita omnia obscurans, ut libri ejus, qui extant, non ad bonas literas illustrandas, sed ad hominum ingenia fatiganda scripti esse videantur. Huic vitio etiam affines sunt nonnulli aetatis nostrae philosophi, qui, quas res populari ac perspicuo sermone enunciare possent, nimiae subtilitatis affectatione verbis exprimunt a communi usu abductis, interdum etiam novis, & a se satis inconcinne confictis. Ipsa ratio loquitur, si vel rhetores tacerent, rebus attemperandam esse orationem, humilia summissa, magna graviter, mediocria temperate esse dicenda. In quo, dici non potest, quantopere peccent oratores ex umbra, & scholae pulvere ad dicendum prodeuntes. Vidi, qui, quibus verbis Alexander M. milites ad fortiter pugnandum, iisdem discipulos ad discendi studium cohortarentur; & qui in mansuetiorum Musarum contemptores declamaturi,

maturi, Ciceronis Catilinas compilarent. Vidi contra alios, qui dicta per vernilem jocum a Comicis, rebus gravissimis accommodarent, cum irrisione intelligentium. Adeo verum est, quod divinitus dixit Horatius:

Scribendi recte sapere est et principium et fons.

Quodsi paedagogica fatuitas in Eloquentia, sive aliis tradenda, sive exercenda, ludos praebet, quid eam facere arbitramini in Poëticis studio? Vetus dictum est, poëtam non fieri, sed nasci. Quod etsi semper illi magistri in ore habent, tamen, quae [28] ejus vis sit, non intelligunt. Nam tot formulis & dictatis hanc artem tradunt, quasi naturae nihil, omnia egregiae disciplinae suae tribuenda sint. Ita juvenum, qui celeriores animi motus habent, studia tardant; a natura destitutos excruciant misere. Sed, o! boni, de medio tollite praeceptorum acervum, nec dubitate, quin vanissimus omnis in hac arte conatus sit, nisi quis altos sensus, laetam ubereque ingenii venustatem, & raram in veritate ac natura imitanda felicitatem, secum quasi domo attulerit. Quo divino munere qui caret, non dicam poëta, sed ne idoneus quidem futurus est poëtarum interpres. Hoc verissime a nobis dici, vestri in poëtas commentarii ostendunt. Quoties enim poëtis de vestro ingenio ineptias affingitis? Quoties eos corrigendo ad turpem sermonis humilitatem deprimitis? Quoties eorum veneres & latentes jocos, aut

aut non capitis, aut interpretando pervertitis? Sed ineptiendi nullus modus est. Ingenium etiam sum, vel invitis Musis, in carmine pangendo periclitantur, invitati prava aetatis nostrae facilitate, quae versibus canoris, et ad aurium lenocinium comparatis contenta est, nec magnopere desiderat vel nativam ingenii urbanitatem, vel exquisitarum sententiarum copiam. Quomodo igitur in carminibus scribendis versantur? Ex sicco & arido cerebro si nihil extundi potest, prosodiae, thesauri poetici, [29] florilegia, & similia infelicium ingeniorum subsidia adhibentur. Haerent, unde carminis principium ducant? Ex Helicone advocantur novem sorores, vel ex Olympo totum agmen Deorum. Nuptiae sunt elegia celebrandae? Benignam materiam supeditant Venus magico cesto cincta, & quem illa comitem trahit, Cupido pharetratus. Funus versibus ornandum? Convicia de trivio in Parcas & Plutonem congeruntur. Tota denique mythologia ita jactatur & inculcatur, ut Ovidii Ibin te legere credas. Ex horum etiam umbraculis prodire difficiles nugae, anagrammata, chronosticha, acrosticha, isopsepha: quae dum refero technopaegnia, jam in ore vestro, Ornatissimi Auditores, fastidii signa conspicio. In his ludicris cum olim graves etiam doctique viri bonas horas perdiderint, est sane, quod gaudeamus, aetatem nostram ita resipuisse, ut, qui in talibus ingeniosi videri velint, vel puerorum sibilis explodantur. Sed quid poetastorum

trorum deliriis immoror? Ad Historiae docendae rationem veniamus.

Historiam aliter tradit tenebris & squalore obsitus ductor, aliter elegans & vitae usu limatus. Ille in hoc studio majores memoriae partes esse censet; hic judicii. Ille in fabulosi temporis caligine haeret, ubi reconditam eruditionem ostentare, minutasque observationes jactare possit; hic ex vetusta historia certissima quaeque deligit, studiumque suum ad haec quoque ceteriora tempora traducit. Ille prae magni & pulchri inscitia levibus, vanis & inutilibus immoratur; hic ad Polybii normam indagat[30] gentium origines, sedes, migrationes, regnorum conversiones, incrementa, deminutiones, mores, instituta, leges, religionem, nec tantum, quid evenerit, exponit, sed a quibus consiliis & causis quaeque actio manarit, quibus artibus casibusve impedita, infelicem exitum habuerit, quibus adjuta, felicem. Ille denique se magnifice circumspicit, ubi immensam factorum nominumque copiam memoria comprehenderit, variamque sibi eruditionem compararit; hic etsi veram eruditionem nec ipse negligit, tamen praestantissimum historiae fructum esse statuit, splendidis & immortalibus maximorum virorum animis contemplandis, tum se ipsum, tum disciplinae suae alumnos ad talis virtutis excellentiam conformare, atque adeo inde sapientiae potius & prudentiae praesidia petere, quam eruditionis. Extiterunt quidem, superiore praesertim

praesertim seculo, e latibulis magistri, qui supra Grammaticam sapere, & historiam, scribendis politicis in veteres Historicos observationibus, ad vitae civilis usum transferre auderent. Sed, mihi credite, nunquam alias turpius se dederunt. Nam scholasticis ineptiis obliti, de regum & rerum publicarum controversiis, tanto fastu & supercilio, quanta ignorantia & temeritate, pronunciabant, & prudentiae praecepta, quae cuivis non stultissimo, lectis auctorum verbis, suapte sponte in mentem [31] venirent, ad fastidium usque inculcabant. Quod si qui in otio & solitudine consenuerint, ad historiam docendam minus idonei reperiuntur, quales futuros existimatis in historia monumentis literarum prodenda? Profecto nec bellum commode narrabit, qui nunquam pulverem, solem, clamorem, castra viderit, nec rerum publicarum virtutes aut vitia intelligenter explicabit, qui a civitate regenda longe remotus, in obscuris angulis vixerit, nec arcana aulicorum consilia callide assequetur, qui hominum aditum sermonemque fugiens, ne privatorum quidem ingenia cognorit, nec dignam magnis rebus orationem afferet, qui in sordibus volutatus, omnem pulchritudinis sensum perdiderit. Atque hinc ratio repetenda est, cur, quicquid aetas nostra, in hoc genere efficere conetur, cum antiquis historiae monumentis comparatum sordeat. Nam qui illa aetate historiam literis mandarunt, e Graecis Thucydides, Xenophon, Polybius, e Latinis Sallustius, Caesar, Livius, Tacitus, cum vel exercitibus praefuissent,

vel maximas civitates rexissent, vel certe magnum rerum civilium militariumque usum sibi comparassent, non modo acta & eventus, sed consilia etiam & causas verissime exponere, omninoque historiam, quae civilis prudentiae magistra sit, condere potuerunt. Hodie vero quam abjecta & depressa est historiae conditio! ad quam scribendam umbratici fere homines studium suum conferunt, iidemque, quo nihil turpius est, mercede conducti. Itaque jejunis & macilentis annalibus, [32] commentariisque abundamus: historiae quod nomen mereatur, vix habemus.

Ex plena & perfecta earum artium, quas ante commemoravimus, scientia efflorescit & redundat Critice, antiquitatis omnis interpres & iudex, veri obrussa, fraudum indagatrix, corruptelarum expultrix, quae nullis limitibus circumscripta, per oratores, poëtas, philosophos, historicos late vagatur, & severam ingeniorum monumentorumque quasi censuram agit. Hujus artis facultate eos tantum, qui ingenio supra communem mensuram eminuerint, omnisque liberalis doctrinae pene infinitam vim animo comprehenderint, excelluisse scimus: qui quam pauci omni aetate fuerint, nemo ignorare potest, nisi qui literarum historiam ignoret. Sed hic in umbraticis doctoribus quid potius mirer, dubito, stultitiamne, an impudentiam? qui hanc divinam artem, quam ne attingere quidem debebant, sibi

solis arrogant, hanc tanquam filiulam exosculantur, hujus denique facultate censeri volunt. Etenim ingenium ineptiis depravatum, tricasque eruditus potius, quam veram eruditionem, ad Criticem exercendam afferentes, variantium lectionum farragine congerenda, literarum apicibus ad superstitionem usque excutiendis, vocula mutanda, rancido quodam verbo e situ & squalore revocando, egregie, si Dis placet, se Criticorum munere fungi credunt. Sic, dum se veram putant Criticem tenere, quid aliud, quam vilissimum literarum aucupium, tenent? Nulla autem in re tantopere sibi placent, quam in corrigendi dicam, an depravandi studio. Equidem commemorare possem, qui omnem aetatem in eo conterant, non ut sibi ex antiquis scriptoribus sapientiam, & bene dicendi intelligentiam ac facultatem comparent, vitamque ipsam elegantiore reddant; qui unus est hujus studii fructus, liberali homine dignus: sed ut commissa a librariis peccata investigent, in iisque tollendis operam venditent suam. Igitur ut quisque scriptor barbariae sordibus contaminatissimus est, ita libentissime in eo commorantur, habitant, haerent. Mitto recentioris memoriae exempla, ne quem describere velle videar. Nonium Marcellum quis nescit superiore seculo multo diligentius tritum esse, quam Livium, aut quemvis alium bonum scriptorem? Causam si quaeritis, haec est, quod lacera auctorum apud Nonium fragmenta benigniorem corrigendi materiam praebent.

berent. Quam dispar fuit ratio veri, si quis unquam, Critici, Joan. Freder. Gronovii *, cujus aurea verba hic recitare, non alienum fuerit: *Ego a prima aetate in lectione veterum id potissimum habui, ut mei mores emendarentur, non ut apices & puncta librorum. Si interim frequenter legendo eo profecimus, ut genium capere scriptoris, ipsumque sua [34] mente & stilo donare possem, in lucro deputavi. Barbari sunt, qui non puram aquam atque ingenuam, quam turbidam sordibusque permixtam bibere malunt. Sed nihil infelicius magistris, qui in literis & syllabis consenuerunt, pulicum saltus metiuntur, &c. Ad hujus viri normam, quicumque Critici dici haberique volunt, studia sua dirigant, repudiatis stolidis Pseudocriticorum institutis, quibus haec ars in eum contemptum adducta est, ut eleganti ingenio viri, aliud studiorum genus professi, ejus cognitionem sibi indecoram & turpem ducant. Quanquam res jam eo rediit, ut Critice contemptum sui prope patienter ferat: sed infamia, qua adspergitur, acerbissimum ei dolorem inurit. Etenim permulti eorum, qui se Critices alumnos ferunt, ex umbratico maxime genere, morum foeditate bonis honestisque viris se adeo invisos & pene despuedos reddunt, ut inde summum dedecus & ignominia in ipsam artem, quam se profiteri dicunt, redundet. Citat quidem Critice innocentiae suae testes, Is. Casaubonum, J. Fr. Gronovium, N. Heinsium,*

* In Epist. ad Nic. Heinsium, Syllog. Epist. Tom. III. p. 8.

J. G. Graevium, alios, quos non minus vitae elegantia, & amabilis morum humanitas, quam Criticae facultatis commendatio nobilitavit. Sed premitur ejus causa multitudine eorum, qui reprehendendi libidine, rixandique furore agitati, tum in summos quosque viros, levissima de causa, de-
 [35] bacchantur, tum famam suam inter se lacerant conviciis ex omnis aevi memoria conquisitis. Patres aequique nostri, incredibile dictu est, quot quam ridicula & pudenda bella viderint inter hos Lapithas & Centauros gesta. Spes erat, futurum, ut seculi nostri humanitas talium ingeniorum ferociam mitigaret. Falso. Nam exorti sunt, & exoriuntur in dies, qui de nugis tricisque tanta atrocitate inter se digladiantur, ut pro capite ac vita certamen suscepisse videantur.

His omnibus commemorandis demonstrandisque, qualis umbraticorum doctorum disciplina, quales mores sint, me arbitror planum fecisse. Nec quisquam amplius dubitabit, quin humanitatis studia, quae olim concelebrata enituerunt, illorum inprimis culpa partim in contemptum, partim in infamiam adducta, deserantur & obsolescant.

Sed veniam eo, quo & officii sanctitas, & hujus diei sollemnitas, me jam dudum vocant. Vobis igitur, illustres Musarum nostrarum praesides ac custodes, gratias, quantas animus capere maximas potest, ago, agamque, dum vivam, quod Vestra auctoritate eam mihi provinciam decreveritis, in
 qua

qua, quam assecutus sum humaniorum scientiam literarum, si tamen sum aliquam assecutus, certe in qua tantum studii consumsi, eam florentissimae, quae hic ingenii cultum capit, juventuti explicare possim. Equidem etsi sentio, me sapientia Vestra [36] fretum plus oneris, quam ferre possim, sustulisse, tamen Vobis recipio spondeoque, me, quod ingenio & doctrinae deest, labore & animi contentione ita pensaturum, nunquam ut Vos Vestri de me iudicii poeniteat.

Vos autem, Clarissimi omnium disciplinarum Professores, viri omni laude cumulati, non multis verbis rogandi estis, ut me, quem dudum ante amicitia vestra non indignum existimastis, libenti animo in amplissimum ordinem Vestrum recipiatis. Morte Vobis ereptus est collega conjunctissimus, Oudendorpius, quo humanior, candidior, & in omnibus vitae partibus integrior, nec sperando, nec optando, poterat cogitari. Cujus reliquas virtutes si minus Vobis praestare possum, certe humanitatem & candorem praestabo. Cumque me primum natura, tum multo magis ratio ac doctrina ad lenitatem finxerit, vere videor posse affirmare, mihi nullam unquam Vobiscum, nisi in juventute ad sapientiam virtutemque formanda, & hujus Academiae gloria amplificanda, contentionem futuram.

Tu vero, divine senex, Tiberi Hemsterhusi, quanto animum meum gaudio exultare putas, cum
Te,

explicabunt, qui Deus fuerit Ajus Locutius, quae Dea Cunina, quae Cloacina, quam quod sit discrimen inter jus Civitatis, jus Latii, & jus Italiae. Citius enarrabunt, quid Romani comedere & bibere soliti fuerint, quam qua ratione rempublicam temperarint. Itaque cupienti tibi aucti lapsique Imperii Romani causas cognoscere, animum explebit Montesquieusius; hi praeclari antiquarii te inanem dimittent. Extitere quondam Aristotelis libri Πολιτειῶν, quibus CLVIII. Rerumpublicarum originem, formam, leges, publicos privatosque mores explicuerat, divinum & admirabile opus, ut e fragmentis existimare licet, quod plurimum aliorum librorum, qui ad nos pervenerint, jactura redemptum vellem. Atque hoc tam grave damnum qui deplorent, multi sunt, qui resarcire conetur, nemo. Haec, haec digna est erudito & antiquitatis studioso homine materia, qua rite tractanda de civili disciplina, atque adeo de genere humano bene mereatur. Contra paedagogorum ingeniis relinquendae sunt insulae de veterum calceis, annulis, fibulis, & poenulis compilationes.

At dixerit aliquis, si inficeti tenebriones in veterum libris nihil nisi ritus & formulas quaerunt, neque adeo vim & praestantiam, quae illis inest, mente & intelligentia consequuntur, qui fit, ut classicos, quos vocamus, scriptores tam ambitiose laudent, sine modo crepantes coeleste Platonis ingenium, Atticos sales Aristophanis, admirabilem Ciceronis elo-

EX EPISTOLA

AD

JA. FRID. HEUSINGER.

De Cod. MS. Etym. M. olim *Gudian*o.

[E. Bibl. Brem. class. V. fac. sec. p. 287.]

—**MIRATUS** sum, *Gudium* aliosque illud tamquam Photii Lexicon venditare potuisse. Est enim Etymologicum, ab edito quidem diversum, sed nec antiquitate nec eruditione cum eo comparandum. Idem in variis bibliothecis superest, ut in Antwerpensi, Ultrajectina et Parisina, in qua ante hos tres annos illud diligenter excussi.——1763.

DISSERTATIO

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....



DISSERTATIO HISTORICA

DE

ANTIPHONTE,

ORATORE ATTICO.

1901

1902

1903

1904

1905

1906

1907

1908

1909

1910



CAPUT PRIMUM,

CUM me ad Oratores Atticos legendos contul-
lissem, ut inde et nativum sermonis Attici
leporem cognoscerem, et juris Attici, a quo tan-
quam fonte Romanorum Jus Civile fluxisse constat,
notitiam haurirem, non poteram hujus lectionis
exordium rectius capere, quam ab ANTIPHONTE
RHAMNUSIO, quem HERMOGENES *de Formis Ora-
tion. Lib. II. p. 498.* SUIDAS v. Μοχθυρὸς, alique
Grammatici vocant decem Oratorum Atticorum
antiquissimum. Cumque scirem, quantum referat
ad scriptorem bene intelligendum, nosse ejus vi-
tam, mores, instituta, res gestas, ingenii monu-
menta, et alia ejus generis, quidquid ullo modo ad
Antiphontem pertineret diligenter quaerere institui.
Congestis omnibus, et ad severius examen revocatis,
animadverti, hujus Oratoris historiam multis diffi-
cultatibus impediri, quas non omnes superarint
duo excellenti ingenio et doctrina Viri, qui ante
nos in Antiphontis historia illustranda egregiam
operam collocarunt, IOAN. IONSIUS *de Scriptoribus
Hist. Philosoph. p. 256.* et IOAN. TAYLORUS *Lec-
tion. Lysiacar. C. VII.* Acuente deinde, ut fieri
solet, ipsa difficultate industriam, digna materia
visa est, in qua explicanda, quamvis tenuēs, nec-
dum maturitatem assecutas, ingenii vires, adoles-
cens

cens sedecim annorum periclitarer; praesertim cum Praeceptor meus nunquam satis laudandus, DAVID RUHNKENIUS V. C. a quo uno, quidquid sum, in hocce studiorum genere me totum profectum esse, gratus fateor, pro singulari sua in me benivolentia, varia mihi ad Antiphontem pertinentia ex insigni ineditorum librorum apparatu suppeditaret. Antiphontis igitur historiam ita enarrabimus, ut primum videamus, quantus Orator fuerit, tum qualem se in republica administranda praebuerit, denique quae ingenii monumenta ad posteritatem transmiserit. Quibus explicatis, de aliis etiam Antiphontibus, qui vulgo cum Antiphonte Rhamnusio confundi solent, dicemus.

Natus est Antiphon Rhamnusius Athenis patre Sophilo Olymp. LXXV. 1. vel 2. in quos ipsos annos incidit bellum, quod Xerxes magno damno suo intulit Graeciae. Hoc Antiphontis natale tempus, quamvis paulo laxius, tradunt PHOTIUS *Biblioth. Cod. CCCIX.* et PSEUDO-PLUTARCHUS *in vita X. Rhetorum*: quorum sententiam, temporum rationibus congruentem, sequi non dubitamus. Eandem merito secutus est eximius Antiquitatis Atticae interpres, EDVARD. CORSINUS *Fast. Att. T. III. p. 166.* Gravissimus error est, et ne dignus quidem refutatione, TZETZAE *Scholio in Hermogenem* inedito, quod infra proferemus, ubi Antiphontem, scribit, Platonis aetate vixisse, vel certe vix Socratis aetatem attigisse. Φῦλος Antiphontis pater dicitur apud CLEMENT. ALEXANDR. *Strom. I. p. 365.* sed

recte

recte Σωφίλον restituit Jo. POTTERUS. ΗΑΡΡΟCΡΑΤΙΟΝ: Ἀντιφῶν, εἷς τῶν δέκα ῥητόρων, Σωφίλου μὲν υἱός, ἀπὸ τῆς Φυλῆς δὲ Ῥαμνούσιος. Quem locum imperitus compiler, ΡΗΑΝΟΡΙΝΟΣ, turpiter foedavit, et in grande suum, sed pene inutile, Lexicon retulit. Ἀντιφῶν, εἷς τῶν δώδεκα ῥητόρων, Φιλασόφου μὲν υἱός, ἀπὸ τῆς Φυλῆς δὲ Ἀμνούσιος. Sic non sola Editio Veneta habet, ut ΤΑΥΛΟΡ. *ad Lys.* p. 184. putat, sed etiam Romana et Basileënsis.

Eodem fere tempore lucem vidit inclytus ille Sophistarum Pater, Gorgias Leontinus, quem Antiphonte nostro paulo antiquiorem fuisse recte tradit ΠΛΥΤΑΡΧ. *l. c.* γέγονε δὲ κατὰ τὰ Περσικά, καὶ τὸν Γοργίαν σοφιστὴν, ὀλίγω νεώτερος αὐτοῦ. cui consentit ΣΥΙΔΑΣ *v.* Ἀντιφῶν. ἦρξε τοῦ δικανικοῦ χαρακτῆρος μετὰ Γοργίαν. Sed alia omnia reperiuntur apud ΡΗΟΤΙΟΝ: ὀλίγω πρότερον Γοργίου τοῦ σοφιστοῦ γεγονώς. Utrumque locum conferens FΑΒΡΙC. *Bibl. Graec. L. II. c. 26. Pseudo-Plutarchi* sententiam probat, rejecta *Photiana*. Verum hic non ΡΗΟΤΙΟ error est, sed librarii. Nam ΡΗΟΤΙΟΣ et ipse sine dubio scripserat: ὀλίγω νεώτερος Γοργίου etc. Vulgata ejus lectio ex bene computata temporum ratione satis refellitur. Floruit Gorgias circiter Olymp. LXX. ut testatur idoneus auctor, ΠΛΙΝΙΟΣ *Hist. Nat. XXXIII. 4.* quem sequi malim, quam ΠΟΡΡΗΥΡΙΟΝ apud ΣΥΙΔΑΜ *v.* Γοργίας, Gorgiam ad Olymp. LXXX. referentem. ΠΟΡΡΗΥΡΙΟ sententiam ΣΥΙΔΑΣ etiam repudiat. Recte. Nam

J. G. Graevium, alios, quos non minus vitae elegantia, & amabilis morum humanitas, quam Criticae facultatis commendatio nobilitavit. Sed premitur ejus causa multitudine eorum, qui reprehendendi libidine, rixandique furore agitati, tum in summos quosque viros, levissima de causa, de-
 [35] bacchantur, tum famam suam inter se lacerant conviciis ex omnis aevi memoria conquisitis. Patres atque nostri, incredibile dictu est, quot quam ridicula & pudenda bella viderint inter hos Lapithas & Centauros gesta. Spes erat, futurum, ut seculi nostri humanitas talium ingeniorum ferociam mitigaret. Falso. Nam exorti sunt, & exoriuntur in dies, qui de nugis tricisque tanta atrocitate inter se digladiantur, ut pro capite ac vita certamen suscepisse videantur.

His omnibus commemorandis demonstrandisque, qualis umbraticorum doctorum disciplina, quales mores sint, me arbitror planum fecisse. Nec quisquam amplius dubitabit, quin humanitatis studia, quae olim concelebrata enituerunt, illorum inprimis culpa partim in contemptum, partim in infamiam adducta, deserantur & obsolescant.

Sed veniam eo, quo & officii sanctitas, & hujus diei sollemnitas, me jam dudum vocant. Vobis igitur, illustres Musarum nostrarum praesides ac custodes, gratias, quantas animus capere maximas potest, ago, agamque, dum vivam, quod Vestra auctoritate eam mihi provinciam decreveritis, in
 qua

qua, quam assecutus sum humaniorum scientiam literarum, si tamen sum aliquam assecutus, certe in qua tantum studii consumsi, eam florentissimae, quae hic ingenii cultum capit, juventuti explicare possim. Equidem etsi sentio, me sapientia Vestra [36] fretum plus oneris, quam ferre possim, sustulisse, tamen Vobis recipio spondeoque, me, quod ingenio & doctrinae deest, labore & animi contentione ita pensaturum, nunquam ut Vos Vestri de me iudicii poeniteat.

Vos autem, Clarissimi omnium disciplinarum Professores, viri omni laude cumulati, non multis verbis rogandi estis, ut me, quem dudum ante amicitia vestra non indignum existimastis, libenti animo in amplissimum ordinem Vestrum recipiatis. Morte Vobis ereptus est collega conjunctissimus, Oudendorpius, quo humanior, candidior, & in omnibus vitae partibus integrior, nec sperando, nec optando, poterat cogitari. Cujus reliquas virtutes si minus Vobis praestare possum, certe humanitatem & candorem praestabo. Cumque me primum natura, tum multo magis ratio ac doctrina ad lenitatem finxerit, vere videor posse affirmare, mihi nullam unquam Vobiscum, nisi in juventute ad sapientiam virtutemque formanda, & hujus Academiae gloria amplificanda, contentionem futuram.

Tu vero, divine senex, Tiberi Hemsterhusi, quanto animum meum gaudio exultare putas, cum

Te,

Te, quem antea magistrum & alterum parentem
[37] salutabam, nunc collega collegam salutem? Quicquid
ego sum, Tui muneris sum. Tuere ergo beneficium
Tuum, sisque meus, ut in discendo, sic in aliis
docendis, dux & moderator. Equidem summum
Numen supplex veneror; ut senectutem Tuam,
quae aliorum praestat juventute, bonis suis cumu-
let, atque ad ultimos, quos humanae vitae consti-
tuit, terminos producat.

Denique Vos, carissimi Commilitones, compello.
Audivistis, qualis sit, quam profiteor, disciplina,
non tetrica, non morosa, non umbratica, sed hu-
manitatis, comitatisque magistra. Omni igitur
cura & cogitatione in rem pulcherrimam incumbite,
& singulare Vestrum erga me studium, quod, cum
Vobis ad Graecas literas viam praeirem, alacritate,
frequentia, adde modestia & silentio, declarastis,
mihi perpetuo conservate.

DIXI.

EX EPISTOLA

AD

JA. FRID. HEUSINGER.

De Cod. MS. Etym. M. olim *Gudiano*.

[E Bibl. Brem. class. V. fac. sec. p. 287.]

—**MIRATUS** sum, *Gudium* aliosque illud tamquam Photii Lexicon venditare potuisse. Est enim Etymologicum, ab edito quidem diversum, sed nec antiquitate nec eruditione cum eo comparandum. Idem in variis bibliothecis superest, ut in Antwerpensi, Ultrajectina et Parisina, in qua ante hos tres annos illud diligenter excussi.——1763.

DISSERTATIO

1911

1912

1913

1914

1915

1916

1917

1918

1919

1920

1921

1922

1923

1924

1925

DISSERTATIO HISTORICA

DE

ANTIPHONTE,

ORATORE ATTICO.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

CHICAGO, ILL.

CAPUT PRIMUM.

CUM me ad Oratores Atticos legendos contulissetem, ut inde et nativum sermonis Attici leporem cognoscerem, et juris Attici, a quo tanquam fonte Romanorum Jus Civile fluxisse constat, notitiam haurirem, non poteram hujus lectionis exordium rectius capere, quam ab ANTIPHONTE RHAMNUSIO, quem HERMOGENES *de Formis Oration. Lib. II. p. 498.* SUIDAS v. Μοχθνηδς, alique Grammatici vocant decem Oratorum Atticorum antiquissimum. Cumque scirem, quantum referat ad scriptorem bene intelligendum, nosse ejus vitam, mores, instituta, res gestas, ingenii monumenta, et alia ejus generis, quidquid ullo modo ad Antiphontem pertineret diligenter quaerere institui. Congestis omnibus, et ad severius examen revocatis, animadverti, hujus Oratoris historiam multis difficultatibus impediri, quas non omnes superarint duo excellenti ingenio et doctrina Viri, qui ante nos in Antiphontis historia illustranda egregiam operam collocarunt, IOAN. IONSIUS *de Scriptoribus Hist. Philosoph. p. 256.* et IOAN. TAYLORUS *Lect. Lysiacar. C. VII.* Acute deinde, ut fieri solet, ipsa difficultate industriam, digna materia visa est, in qua explicanda, quamvis tenuēs, necdum maturitatem assecutas, ingenii vires, adoles-

cens sedecim annorum periclitarer; praesertim cum Praeceptor meus nunquam satis laudandus, DAVID RUHNKENIUS V. C. a quo uno, quidquid sum, in hocce studiorum genere me totum profectum esse, gratus fateor, pro singulari sua in me benivolentia, varia mihi ad Antiphontem pertinentia ex insigni ineditorum librorum apparatu suppeditaret. Antiphontis igitur historiam ita enarrabimus, ut primum videamus, quantus Orator fuerit, tum qualem se in republica administranda praebuerit, denique quae ingenii monumenta ad posteritatem transmiserit. Quibus explicatis, de aliis etiam Antiphontibus, qui vulgo cum Antiphonte Rhamnusio confundi solent, dicemus.

Natus est Antiphon Rhamnusius Athenis patre Sophilo Olymp. LXXV. 1. vel 2. in quos ipsos annos incidit bellum, quod Xerxes magno damno suo intulit Graeciae. Hoc Antiphontis natale tempus, quamvis paulo laxius, tradunt PHOTIUS *Biblioth. Cod. CCCIX.* et PSEUDO-PLUTARCHUS *in vita X. Rhetorum*: quorum sententiam, temporum rationibus congruentem, sequi non dubitamus. Eandem merito secutus est eximius Antiquitatis Atticae interpres, EDVARD. CORSINUS *Fast. Att. T. III. p. 166.* Gravissimus error est, et ne dignus quidem refutatione, TZETZAE *Scholia in Hermogenem* inedito, quod infra proferemus, ubi Antiphontem, scribit, Platonis aetate vixisse, vel certe vix Socratis aetatem attigisse. Φῦλος Antiphontis pater dicitur apud CLEMENT. ALEXANDR. *Strom. I. p. 365.* sed
recte

recte Σωφίλον restituit Jo. POTTERUS. ΗΑΡΡΟCΡΑΤΙΟΝ: Ἄντιφῶν, εἰς τῶν δέκα ῥητόρων, Σωφίλου μὲν υἱός, ἀπὸ τῆς Φυλῆς δὲ Ῥαμνούσιος. Quem locum imperitus compiler, ΡΗΑΝΟΡΙΝΟΣ, turpiter foedavit, et in grande suum, sed pene inutile, Lexicon retulit. Ἄντιφῶν, εἰς τῶν δώδεκα ῥητόρων, Φιλασόφου μὲν υἱός, ἀπὸ τῆς Φυλῆς δὲ Ἄμνούσιος. Sic non sola Editio Veneta habet, ut TAYLOR. ad *Lys.* p. 184. putat, sed etiam Romana et Basileënsis.

Eodem fere tempore lucem vidit inclytus ille Sophistarum Pater, Gorgias Leontinus, quem Antiphonte nostro paulo antiquiorem fuisse recte tradit PLUTARCH. l. c. γέγονε δὲ κατὰ τὰ Περσικά, καὶ τὸν Γοργίαν σοφιστὴν, ὀλίγῳ νεώτερος αὐτοῦ. cui consentit SUIDAS v. Ἄντιφῶν. ἦρξε τοῦ δικανικοῦ χαρακτῆρος μετὰ Γοργίαν. Sed alia omnia reperiuntur apud ΡΗΟΤΙΟΝ: ὀλίγῳ πρότερον Γοργίου τοῦ σοφιστοῦ γεγονώς. Utrumque locum conferens FABRIC. *Bibl. Graec.* L. II. c. 26. *Pseudo-Plutarchi* sententiam probat, rejecta *Photiana*. Verum hic non ΡΗΟΤΙΟ error est, sed librarii. Nam ΡΗΟΤΙΟΣ et ipse sine dubio scripserat: ὀλίγῳ νεώτερος Γοργίου etc. Vulgata ejus lectio ex bene computata temporum ratione satis refellitur. Floruit Gorgias circiter Olymp. LXX. ut testatur idoneus auctor, PLINIUS *Hist. Nat.* XXXIII. 4. quem sequi malim, quam PORPHYRIUM apud SUIDAM v. Γοργίας, Gorgiam ad Olymp. LXXX. referentem. PORPHYRII sententiam SUIDAS etiam repudiat. Recte. Nam

Periclis praeceptor fuit Gorgias, eodem **SUIDA** auctore; quamvis sciam, **PHILOSTRATUM de Vit. Soph. I. p. 493.** tradere, Gorgiam a Pericle, non juvene, sed sene, auditum esse. Jam quomodo Pericles, quem jam Olymp. **LXXXI. 2.** exercitui praefuisse, ex **DIODORO SICULO XI. 85.** constat, Gorgiae disciplina usus sit, si is Olympiade demum **LXXX.** lucem viderit? Haec si inter se contulisset **H. DODWELLUS Exerc. II. de Aetate Pythag. p. 218.** aliter suas de Gorgiae aetate rationes instituisset. Sed quaerit **OLEARIUS ad Philostr. l. c.** quomodo, quod **SUIDAS** de Gorgia Periclis magistro narrat, verum esse queat, si, quod **DIODOR. SICUL. XII. 53.** ait, Gorgias Leontinae legationis princeps, Athenas demum venerit Olymp. **LXXXVIII. 2.** Respondet pro nobis Vir Summus, nuper literis nostris acerbo fato ereptus, **P. WESSELINGIUS ad Diodor. Sicul. l. c.** Gorgiam etiam ante illud tempus Athenas profectum videri. Quod verissimum esse, ex ipso **PHILOSTRATO p. 493.** colligas, narrante, Gorgiam Athenienses contra Persas incitasse, et eos, qui in pugna Salaminia cecidissent, oratione funebri decorasse. Accidit autem illa pugna Olymp. **LXXV. 1.** Nec inde aliqua difficultas oritur, quod ab eodem **SUIDA** Gorgias dicitur magister Isocratis, qui Olympiad. **LXXXVI. 1.** demum natus est. Facile enim omnis dubitatio tollitur, si ad longissimam Gorgiae aetatem, ad annum usque **CIX.** provectam, animum attendamus. Immo sub

puerilem

puerilem aetatem Isocratis maxime in Graecia floruit Gorgias. Itaque EUSEBIUS in *Chronico* illum refert ad Olymp. LXXXVI. non annum natalem designans, sed tempus, quo in primis ejus nomen celebratum sit. Ex his breviter disputatis cogere licet, Gorgiam, sicut PLINIUS dicit, jam floruisse Olympiade LXX. atque adeo Antiphontem Gorgia fuisse juniorem. Forte nec alienum fuerit statuere, Antiphontem audivisse Gorgiam docentem, vel publice disputantem. Sed hoc, tacentibus historicis antiquis, in medio relinquimus.

PHILOSTRATUS *de Vitis Sophist.* I. p. 489. et PLUTARCHUS *l. c.* Antiphontem, tradunt, benedicendi arte imbutum esse a patre Sophilo, qui non modo rhetoricam scholam aperuerit, sed etiam plures illustrioris loci juvenes, in his Alcibiadem, erudiverit. Sed hoc in dubium vocat Praestantissimus TAYLORUS *Lect. Lysiac.* C. VII. quod satis aliunde constet, ludum Rhetorices multo serius Athenis esse institutum. Certe CICERO *Bruto* C. 12. *Lysiam*, scribit, *primo profiteri solitum artem esse dicendi.* PHOTIUS et PSEUDO-PLUTARCHUS *l. c.* ipsum Antiphontem hujus rei auctorem produnt. Verum ante Lysiam et Antiphontem talem ludum Athenis aperuerat Gorgias, si credimus Interpreti MS. *Aphthonii*, cujus specimen dedit MONTFAUCON. *Bibl. Coislin.* p. 593. τὸν δὲ Γοργίαν Ἀθηναῖοι κατέσχον, καὶ τοὺς ἑαυτῶν παῖδας παρέσχον αὐτῷ μαθησομένους. Ceterum quod PHILOSTRATUS et PLU-

PLUTARCHUS dicunt, Alcibiadem a Sophilo eruditum, id ipsum evertit PLUTARCHUS, cum mox ait, Alcibiadem non nisi senem Antiphontem videre potuisse. Si igitur filium non nisi senem vidit, quomodo patre Sophilo uti magistro potuit? Haec sane, inter se pugnantia et absurda, satis indicant, PSEUDO-PLUTARCHUM veterum Oratorum vitas nullo iudicio consarcinasse. Antiphontis magistrum ignorari, SUIDAS scribit. Quae forte causa est, cur a nonnullis, teste PHILOSTRATO l. c., habitus sit *αὐτομαθῶς σοφός*.

Eruditus Antiphon sive a patre Sophilo, sive ab aliis, totum se dedit excolendae Eloquentiae, in qua consecutus est felici studio suo, ut artem Rhetoricam vel princeps invenisse, vel inventam amplificasse dicatur. PHILOSTRATUS l. c. Ῥητορικὴν δὲ τὸν Ἀντιφῶντα, οἱ μὲν οὐκ οὔσαν εὗρεῖν, οἱ δὲ εὕρημένην αὐξῆσαι. Cum PHILOSTRATO iunge DIODORUM apud CLEMENT. ALEX. *Strom.* 1. p. 365. Posteaquam vero Antiphontis in hoc genere facultas celebrari coepisset, tum juvenes illum frequentabant, ut vera eloquentia a tanto magistro imbuerentur; tum rei, quorum vel fortunae, vel caput in periculo essent, ut sibi orationes componeret, a se in iudicio recitandas. E discipulis, quos sine dubio habuit plurimos, unus tantum commemoratur, sed qui possit esse instar sexcentorum. Est ille immortalis belli Peloponnesiaci scriptor, THUCYDIDES, qui eloquentiae gravitate, ingenii altitudine,

altitudine, fide, prudentia, Historicorum parem habet neminem. Hujus rei testes sunt MARCELLINUS in *vita Thucydidis* p. 4. ANONYMUS *vitae Scriptor.* p. 10. SUIDAS v. Ἀντιφῶν, et v. Θουκυδίδης. Nec his opponendus est CAECILIUS, Rhetor Siculus, e cujus commentario de *Antiphonte* PHOTIUS et PSEUDO-PLUTARCHUS referunt, Thucydidem Antiphontis fuisse magistrum: Καικίλιος δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι, Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν τεκμαίρεται γεγονέναι, ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρὰ αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν. Nam salva res est, Codd. MSS. Plutarchi pro μαθητὴν exhibentibus διδάσκαλον. Quod unice tenendum. Vid. TAYLOR. *V. C. Lect. Lys. C. VII.* Veniam damus immortali Viro, GER. JO. VOSSIO de *Rhetoricae Nat. et Const. C. XI.* quem vitiosa Plutarchi scriptura induxit, ut in alia omnia iret. Congruunt etiam temporis rationes. Nam cum THUCYDIDES natus sit Olympiad. LXXVII. 2. ut demonstrat DODWELLUS *Annal. Thucyd.* p. 13. Antiphontis, quippe octo vel novem annis majoris, discipulus potius fuit, quam magister. His accedit gravissima auctoritas PLATONIS *Menexeno* p. 403. ὅστις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθεὶς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου. Quibus verbis Thucydidem respici, dubio caret; ut tanto major sit error JO. JONSI de *Scriptor. Hist. Phil.* p. 326. hunc Platonis locum de alio, quam nostro, Antiphonte accipientis: quem veteres Scriptores, qui

eo

eo respexerunt, **ARISTIDES** *Or. Plat.* II. p. 131. **HERMOGENES** *de Form. Orat.* II. p. 497. **THEMISTIUS** *Or. XXVI.* p. 329. et **ATHEN.** XI. p. 506. **F.** in viam reducere potuissent. Quae cum ita sint, non est mirandum, veteres Criticos in **THUCYDIDIS** libris Antiphontis imitationem deprehendisse. Egregium est vetus Scholion, quod ad **THUCYD.** IV. p. 317. e MS. protulit **Vir Summus, CAR. ANDR. DYKERUS:** Ἰστέον ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο. εἰς δὲ τὸ γόνιμον τῶν ἐνδυμημάτων τὴν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀντιφῶντα. εἰς δὲ τὴν λέξιν Προδίκον, ὅθεν καὶ Προδίκου λέξιν ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα. εἰς δὲ τὸ γνωμικὸν τοὺς Ἰσοκρατικούς, Εὐριπίδην καὶ τοὺς ἄλλους. τοῖς γὰρ αὐτοῖς χρόνοις ἦσαν. εἰς δὲ τὴν οἰκονομίαν τὸν Ποιητὴν. *ubi miror, Virum Clar. non vidisse, pro Ἰσοκρατικούς legendum esse Σωκρατικούς.* Sed hic non est praetereundum insigne testimonium, quod gratis discipulus **THUCYDIDES** perhibet doctori suo Antiphonti, *L. VIII. p. 545.* Ἀντιφῶν, ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν κατ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕψερος, καὶ κράτιστος ἐνδυμηθῆναι γενόμενος, καὶ ἀ ἀνγνωίῃ εἰπεῖν. Quibus verbis, quamvis paucis, perfecti Oratoris descriptio continetur. Certatim hunc **THUCYDIDIS** locum imitati sunt Sophistae. **PHILOSTRATUS** de hoc ipso Antiphonte p. 498. ἰκανώτατος ἀνθρώπων ἔδοξεν εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι. **SYNESIUS** in *Dione* p. 41. Δίων ὁ Προυσαεὺς, περιττὸς ἀνὴρ εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι. **Ac forte eundem locum in animo habuit**

habuit auctor Epitaphii *Harpocrati* positi, et nondum editi, quod A. GALLANDUS Athenis descripsit; et cum GRAEVIO communicavit, e cujus Bibliotheca cum aliis inscriptionibus pervenit in Burmannianam. Est autem hocce:

ΣΜΙΚΡΟΣ ΟΥ ΣΜΙΚΡΟΝ ΚΑΛΥΠΤΩ
 ΤΥΜΒΟΣ ΑΝΔΡΑ ΕΠΕΙ ΣΟΦΩΝ
 ΔΩΡΑ ΜΟΥΣΕΩΝ ΜΕΓΙΣΤΑ ΤΩΝ
 ΟΔΕΞΟΧΟΝ ΛΑΧΩΝ
 ΑΡΠΟΚΡΑΤΙΩΝ ΠΡΟΣ ΑΣΤΩΝ
 ΤΡΙΣ ΜΑΚΑΡ ΚΛΕΙΣΣΕΤΑΙ
 ΟΥΤΕΚ ΗΝ ΡΗΤΩΡ ΜΕΝ ΕΙΠΕΙΝ
 ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ Δ Α ΧΡΗ ΝΟΕΙΝ.

Praeceptor mei amantissimus, ΔΑΥ. ΡΥΗΝΚΕΝΤΙΟΥ, cui hanc inscriptionem debeo, me monuit, versus esse trochaicos, hoc modo constituendos:

Σμικρὸς οὐ σμικρὸν καλύπτω τύμβος ἄνδρ', ἐπεὶ σοφῶν
 Δῶρα Μούσειον μέγιστα, τῶν ὄδ' ἔξοχον λαχὼν
 Ἀρποκρατίων πρὸς ἄστῶν τρεῖς μάκαρ κλείσσεται,
 Οὐτεκ ἦν ῥήτωρ μὲν εἰπεῖν, φιλόσοφος δ' αὖ χρὴ νοεῖν.

Quamquam idem fatebatur, us. 2. aliquid superesse difficultatis*.

* GALLANDUS putat, Epitaphium esse *Harpocrati*, cujus extat *Lexicon decem Rhetorum*. Sed cum tot fuerint Sophistae hoc nomine, quis dixerit, cui illorum hoc Epitaphium positum sit? Dubito etiam, an *Harpocrati* Lexicographus, ortu Alexandrinus, Athenis docuerit, vel adeo diem obierit supremum. Constantinopolin vocatum esse, patet e LIBANIO *Ep.* 271. *P. Aelii Harpocrati*, qui et *Proclus* dictus est; memoriam conservat lapis apud MURATORIUM *Inscript.* p. 138. 2.

Satis, ni fallor, demonstravimus, Thucydidem ab Antiphonte esse eruditum. Sed antequam hinc discedamus, diligenter excutiendus est locus obscurus et difficilis HERMOGENIS *de Form. Orat.* II. p. 496. ubi alia omnia traduntur. Haud alienum fuerit, ipsum locum huc referre: Δύο δὲ [Ἀντιφῶντες] οἱ σοφιστεύσαντες, ὧν εἷς μὲν ἐστὶν ὁ ῥήτωρ, οὗπερ οἱ Φοινικοὶ φέρονται λόγοι καὶ δημηγορικοὶ, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι· ἕτερος δὲ ὁ καὶ τερατοσκόπος, καὶ ὄνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὗπερ οἱ τε περὶ τῆς ἀληθείας λέγονται λόγοι, καὶ ὁ περὶ ὁμοιοίας, καὶ αἱ δημηγορικοὶ, καὶ ὁ πολιτικὸς ἐγὼ δὲ ἕνεκα μὲν τοῦ διαφόρου τῶν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ἰδεῶν, πείθομαι δύο τοὺς Ἀντιφῶντας γενέσθαι· πολὺ γὰρ ὡς ὄντως τὸ παραλλάττον τῶν ἐπιγραφομένων τῆς ἀληθείας λόγων πρὸς τοὺς λοιπούς. ἕνεκα δὲ τοῦ καὶ παρὰ Πλάτωνι, καὶ παρ' ἄλλοις ἰσορουμένου, πάλιν οὐ πείθομαι. Θουκυδίδην γὰρ Ἀντιφῶντος εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητὴν ἀκούω πολλῶν λεγόντων. καὶ τὸν μὲν Ῥαμνούσιον εἰδὼς ἐκεῖνον, οὗπερ εἰσιν οἱ Φοινικοὶ, τὸν Θουκυδίδην δὲ πολλῶ κεχωρισμένον, καὶ κοινοσηκότεα τῷ εἶδει τῶν τῆς ἀληθείας λόγων, πάλιν οὐ πείθομαι. οὐ μὴν ἄλλ', εἴτε εἷς ὁ Ἀντιφῶν ἐγένετο, δύο λόγων εἶδεσι τοσοῦτον ἀλλήλων διεστηκότεων χρησάμενος, εἴτε καὶ δύο, χωρὶς ἑκάτερος, ὁ μὲν τοῦτο, ὁ δὲ ἐκεῖνο μετελθὼν, ἀνάγκη χωρὶς περὶ ἑκατέρου διελεῖν.

Subjiciamus huic loco Scholia inedita duorum Grammaticorum JOANNIS SICELIOTAE, et TZE-

TZAE,

ΤΖΑΕ, quorum illa Parisiis e Codice CAMILL, FALCONETI, Viri Clarissimi, haec Leidae e Codice Bibliothecae publicae descripsit, et humanissime mecum communicavit Cel. RYHNKENIUS.

Τερατοσκόπος] δνειρους τε καὶ τέρατα πολλοῖς ἐφερμηνεύων. ὁ τερατοσκόπος Ἀντιφῶν ἦν Ἀλεξάνδρου χρόνοις. ὁ Ἀντιφῶν δ', ᾧ περ Ῥαμνουῖς ἦν ἡ πατρὶς, ὡς λέγει, ἰσοχρονῶν ἦν Πλάτωνι, ἢ μόλις τῷ Σωκράτει. εἴτεως ἦν διδάσκαλος, ὡς γράφει, Θουκυδίδου. ὕστερος Εὐριπίδου γὰρ Ἡρόδοτος ὑπῆρχε. οὐκ Ἡροδότου γράφοντος, παῖς ἦν ὁ Θουκυδίδης; ὁ δ' Εὐριπίδης συγχρονῶν ὑπῆρχε τῷ Σωκράτει. πῶς οὖν ὁ Πλάτων, ὡς περ Φησὶν, Ἀντιφῶντα λέγει; πῶς καὶ ῥητόρων πρῶτιστος ὁ Ἀντιφῶν, ὡς εἶπε; οὐκ ἦν Λυσίας πρὸ αὐτοῦ, Γοργίας, Ἰσοκράτης; ΤΖΕΤΖΕΣ.

Θουκυδίδην] Σημείωσαι ὅτι ὁ Θουκυδίδης Ἀντιφῶντός ἐστι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητής· ἡ δὲ ἱστορία καὶ παρὰ τῷ Πλάτωνι. JO. SICELIOTA.

Πολλῷ κεχωρισμένον] Τὸν Θουκυδίδην μὲν αὐτὸς ὁ Πλάτων, Φησὶ, λέγει τοῦ Ἀντιφῶντος μαθητὴν εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου, οὗ Ἀντιφῶντος μὲν εἰσὶν οἱ Φοικοὶ τῶν λόγων, ἐγὼ τὸν χαρακτῆρα δὲ τῶν Θουκυδίδου βλέπων, τοῖς λόγοις ἐξισούμενον τοῖς περὶ ἀληθείας, τοῦ Ἀντιφῶντος μαθητὴν κρίνω τὸν Θουκυδίδην, τοῦ ὅσπερ συγγεγράφηκε τοὺς ἀληθεῖς τοὺς λόγους. ΤΖΕΤΖΕΣ.

Κειοινωνηκότα] Τοῦτο λέγει, ὅτι ὁ μὲν Πλάτων Φησὶ τὸν Θουκυδίδην Ἀντιφῶντος εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου

νουσίου μαθητὴν οὐ εἰσιν οἱ Φοινικοί. ἐγὼ δ' οὐ
 πείθομαι κατανοῶν Θουκυδίδην οὐ χρώμενον τῷ εἶδει
 τῶν λόγων τῶν Φοινικῶν, ἀλλὰ τῷ εἶδει τῶν τῆς
 ἀληθείας, ὥστε μοι δοκεῖν τὸν Θουκυδίδην τοῦ ἑτέρου
 Ἀντιφῶντος εἶναι μαθητὴν τοῦ γράψαντος τοὺς
 περὶ ἀληθείας λόγους. JO. SICELIOTA.

Περὶ ἑκατέρου διελθεῖν] Εἴτε δύο εἰσὶν Ἀντιφῶν-
 τες, καὶ τούτων ὁ ἕτερος μὲν τοὺς Φοινικούς, ἄτερος δὲ
 τοὺς περὶ ἀληθείας ἔγραψε, τοσοῦτον ἀλλήλων τῷ εἶδει
 διωστηκότηας, εἴτε εἷς ἐστὶν Ἀντιφῶν, διαφόροις
 εἶδεσι λόγων χρησάμενος, χρῆ περὶ τῶν ἑκατέρων τῶν
 βιβλίων τῶν χαρακτήρων διαλαβεῖν. JO. SICELIOTA.

Jam videamus, quid boni afferat HERMOGENES.
 Primum recte observat, duos fuisse Antiphontes,
 eloquentiae laude claros, alterum Rhamnusiū, a
 quo profecti sint λόγοι Φοινικοί, καὶ δημηγορικοί, καὶ
 ὁ πολιτικός. alter prodigiorum et somniorum inter-
 pres, qui scripserit λόγους περὶ ἀληθείας, et περὶ
 ὁμοιοίας. Sequimur enim in hoc loco enarranda
 certissimam emendationem TAYLORI *Lect. Lys.*
 C. VII. qua λόγους δημηγορικούς et λόγον πολι-
 τικὸν Antiphonti Ὀνειροκρίτη aufert, redditque
 vero auctori, Antiphonti Rhamnusiō. Quid deinde
 dicere velit Hermogenes, facilius divinatur, quam
 elare intelligitur. Adeo locus obscurus est, et
 librationum forte culpa depravatus. Mens ejus, ni
 fallimur, haec est: scire se, Platonem, alibique
 plures scripsisse, Thucydidem ab Antiphonte
 Rhamnusiō esse eruditum; sed eundem se scire,
 Thucydideum

Thucydideum dicendi genus ab eo, quo usus sit Antiphon Rhamnusius, prorsus discrepare, et propius accedere ad illud, quo scriptae sint Antiphontis, somniorum interpretis, orationes *περὶ ἀληθείας*, non igitur alienum videri credere, Thucydidem Antiphontis *Ὀνειροκρίτου* disciplina fuisse institutum. Sic certe Hermogenem uterque Scholiastes intellexit. Tandem in medio relinquit, utrum unus fuerit Antiphon, aliis in libris aliud dicendi genus secutus, an duo quorum alter *λόγους, Φονικούς*, alter *λόγους περὶ ἀληθείας* scripserit? Sic ille aestuat, et, quid certi statuatur, non habet, facile, quid verum esset, reperturus, si veterum monumenta, quae tum supererant, consulere, quam conjecturis indulgere, maluisset. Nihil autem levius est Hermogenis conjecturis. Nam si verum est, quod Tzerzes tradit, Antiphontem, somniorum interpretem, Alexandri tempore vixisse, qui Thucydidis magister esse potuit? Sed de hujus Antiphontis aetate infra disputabitur. Praeterea fallacissimum est argumentum, quod Hermogenes ducit a stili discrepantia. Isocrates Theopompum ad eloquentiam formavit, Demosthenem Isaeus. At quis Theopompum oratione similem dicat Isocrati, aut Demosthenem Isaeo? Ut vultus hominum diversi sunt, sic etiam ingenium, et, quae ex ingenio nascitur, oratio. Sed taedet haec pluribus confutare.

Persequamur potius oratoria Antiphontis studia. Ex eo, quod supra demonstravimus, Antiphontem
Thucydidi

Thucydidi in eloquentia viam praeivisse, colligi potest, ab illo, Gorgiae exemplo, ludum rhetoricum Athenis esse apertum; idque diserte confirmat PLUTARCHUS *de Gloria Atheniens.* p. 1350. οὐ τοὺς ἐν ταῖς σχολαῖς τὰ μείρακια προδιδάσκοντας—τοὺς Ἰσοκράτους, καὶ Ἀντιφῶντας, καὶ Ἰσαίους. Quem locum IONSIUS *de Script. Hist. Phil.* p. 326. de alio Antiphonte accipit, quod Antiphon post Isocratem nominatur. Sed haec ratio non multum ponderis habet. Etenim veteres Scriptores saepe negligunt illam in citandis auctoribus chronologicam ἀκρίβειαν. Anonymus *Scriptor Rhetorices* p. 24. Isocrati postponit Empedoclem, qui tamen diu ante Isocratem vixit; Αἱ δὲ τῆς ἐρμηνείας τοῦ λόγου τέσσαρες ἀρεταὶ—ὡς Ἰσοκράτει καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, Διονυσίῳ Φιλοσόφῳ καὶ Ἰαμβλίχῳ δοκεῖ ubi JO. SCHEFFERUS etiam miratur, Empedoclem Isocrati postponi. Verum non dissimulabo, mihi in hoc loco blandiri acutissimam Cel. Praesidis conjecturam, Neοκλεῖ reponentis pro Ἐμπεδοκλεῖ, quamvis sciam e QUINCTILIANO III. 1. *Empedoclem primum movisse aliqua circa Rhetoricen.* Neocles rhetor laudatur a Scholiaste HERMOGENIS p. 362, et p. 365. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ. Cum igitur Antiphon juvenes eloquentiae studiosos praeceptis imbueret, non satis habuit, illos ore erudire, sed in illorum etiam gratiam *primus* quidem, ut auctores sunt QUINCTILIAN. III. 1. PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS, *Artem Rhetoricam composuit.* Hoc opus laudatur a DIONYS.

DIONYS. HALIC. *Ep. ad Ammaeum* p 120. ΑΜΜΟΝΙΟ V. Σημεῖον, APSINE *Art. Rhet.* p. 719. et forte, ut IONSIUS *de Script. Hist. Phil.* p. 325. putat, a GALENO *praef. ad Gloss. Hippocrat.* Sed non est omittendus locus POLLUCIS VI. 143. ubi has ipsas τέχνας ῥητορικὰς laudans, adjicit: δοκοῦσι δ' οὐ γνήσιαι. Haud nobis constat, quas POLLUX de hujus libri γνησιότητι dubitandi rationes habuerit: cumque liber interciderit, in neutram partem liquido pronunciari potest. Verum POLLUCI non tantum opponimus scriptores modo laudatos, sed etiam *Grammaticum* MS. antiquitate et eruditione praestantem, qui penes Celeb. RYHNENIUM est, e Cod. Bibliothecae Sangermanensis descriptus. Is, ut voces locutionesque ab Atticistis temere prosriptas vindicet, hoc institutum tenet, ut illas ostendat, ab optimis et veterrimis scriptoribus esse usurpatas. Cumque inter hos scriptores, qui omnes MENANDRUM aetate superant, Antiphontem etiam ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ referat, eo ipso satis indicat, se hunc librum veteris Antiphontis genuinum monumentum judicasse. Ex eodem Grammatico discimus, hanc *Artem* tribus libris constitisse. Quae inde excerpta afferuntur, haec sunt: Ἀπαρασκευάσιον. Ἀντιφῶν γ ῥητορικῆς τέχνης. Hinc plane confirmatur conjectura doctissimi JUNGERMANNI, qua in *Polluce* l. c. pro vulgato Ξενοφῶν reponit Ἀντιφῶν. † Ἀσλοργία, Φιλοσλοργία, Στοργή. Ἀντιφῶν ἐν β περὶ τῆς ῥητορικῆς τέχνης. † Ὀλιγοφιλίαν.

PLUTARCHUS dicunt, Alcibiadem a Sophilo eruditum, id ipsum evertit PLUTARCHUS, cum mox ait, Alcibiadem non nisi senem Antiphontem videre potuisse. Si igitur filium non nisi senem vidit, quomodo patre Sophilo uti magistro potuit? Haec sane, inter se pugnantia et absurda, satis indicant, PSEUDO-PLUTARCHUM veterum Oratorum vitas nullo iudicio consarcinasse. Antiphontis magistrum ignorari, SUIDAS scribit. Quae forte causa est, cur a nonnullis, teste PHILOSTRATO l. c., habitus sit *αὐτομαθῶς σοφός*.

Eruditus Antiphon sive a patre Sophilo, sive ab aliis, totum se dedit excolendae Eloquentiae, in qua consecutus est felici studio suo, ut artem Rhetoricam vel princeps invenisse, vel inventam amplificasse dicatur. PHILOSTRATUS l. c. *Ῥητορικὴν δὲ τὸν Ἀντιφῶντα, οἱ μὲν οὐκ οὔσαν εὗρεῖν, οἱ δὲ εὗρημένην αὐξῆσαι.* Cum PHILOSTRATO iunge DIODORUM apud CLEMENT. ALEX. *Strom.* 1. p. 365. Posteaquam vero Antiphontis in hoc genere facultas celebrari coepisset, tum juvenes illum frequentabant, ut vera eloquentia a tanto magistro imbuerentur; tum rei, quorum vel fortunae, vel caput in periculo essent, ut sibi orationes componeret, a se in iudicio recitandas. E discipulis, quos sine dubio habuit plurimos, unus tantum commemoratur, sed qui possit esse instar sexcentorum. Est ille immortalis belli Peloponnesiaci scriptor, THUCYDIDES, qui eloquentiae gravitate, ingenii altitudine,

Iocus THUCYDIDIS VIII. p. 545. καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριῶν, οὐδ' εἰς ἄλλον ἀγῶνα ἐκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μὲντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ, καὶ ἐν δήμῳ πλείσσια, εἷς ἀνὴρ, ὅστις ζυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. καὶ αὐτός τε, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ἄριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ζυγκατέσλησε θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος. Ultima Thucydidis verba respexit CICERO *Bruto* C. 12. quo (Antiphonte) *neminem unquam melius ullam oravisse capitis caussam, cum se ipse defendere, se audiente; locuples auctor scripsit Thucydides.* Primus vero Antiphon ab iis, quibus orationes scripsisset, mercedem exegit. DIODORUS apud CLEM. ALEX. *Strom.* I. p. 365. καὶ μισθοῦ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον. etc. AMMIAN. MARCELL. XXX. 4. *Antiphon ille Rhamnusius, quem ob defensum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepisse mercedem.* Quae res, cum illis temporibus parum liberalis hominis esse videretur, Antiphonti avaritiae infamiam contraxit. Comici in primis, quorum tum summa erat licentia, hinc ejus reprehendendi ansam arripuerunt. PHILOSTRATUS p. 499. καθάπτεται δ' ἡ κωμωδία τοῦ Ἀντιφῶντος, ὡς δεινοῦ τὰ δικανικὰ, καὶ λόγους κατὰ τοῦ δικαίου ζυγκειμένους ἀποδιδόμενου πολλῶν χρημάτων, αὐτοῖς μάλιστα τοῖς κινδυνεύουσι. PLATONEM, veteris comoediae poëtam, hoc nomine Antiphontem perstrinxisse,

perstrinxisse, docet PSEUDO-PLUTARCHUS: κειώ-
 μύδεται δὲ εἰς Φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Πεισάν-
 δρω. Sic enim e PHOTIO legendum pro σὺν Πειτάνδρω,
 quamvis contra PHOTIUS e PLUTARCHO emendan-
 dus videatur OLEARIO *ad Philostrat.* l. c. Vid.
 TAYLOR. *Lect. Lysiac.* C. VII. Antiqui Rhetores
 Antiphonti solas fere tribuunt orationes judiciales,
 quasi aliud genus non attigisset. HERMOGENES
 tamen loco supra allato λόγους δημηγορικούς com-
 memorat. Recte. Nam constat, deliberativum
 etiam genus ab eo esse tractatum, sive ipse illas
 orationes ad populum habuerit, sive aliis, qui con-
 cionem habere vellent, scripserit. Tales fuerunt
 ὁ Πολιτικός, ὁ περὶ τοῦ Λινδίων Φόρου, ὁ περὶ τοῦ
 Σαμοθράκων Φόρου, etc. quae orationes saepe com-
 memorantur ab HARPOCRATIONE, aliisque Gram-
 maticis. Praeter judiciales et deliberativas Anti-
 phon etiam, Gorgiae exemplo, scripsit sophisticas.
 PHILOSTRATUS p. 500. σοφιστικοὶ δὲ καὶ ἕτεροι μὲν,
 σοφιστικώτερος δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας. Atque huc
 pertinet locus CICERONIS *Bruto* C. 12. Nam cum
 CICERO ex ARISTOTELE narrasset, Gorgiam paratos
 habuisse locos communes, cum singularum rerum
 laudes, vituperationesque conscripsisset, addit, *huic*
Antiphontem Rhamnusium similia quaedam habuisse
conscripta. Ad tales locos communes forte quis
 referat orationes undecim adhuc superstites, quae
 tametsi in forensi argumento versantur, tamen quod
 nullum indicium vel accusatoris, vel rei, vel temporis
 habent,

habent, nihil aliud sunt, nisi loci communes, quibus vel ipse Antiphon, vel alii in simili re uterentur.

Quid Antiquitas de Antiphontis in dicendo facultate existimarit, satis ostendit tribuendo illi venerabili nomine NESTORIS,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέει αὐδῆ.

Vid. PHILOSTRAT. p. 498. PSEUDO-PLUTARCHUM et PHOTIUM in ejus vita. Ab eo etiam omnes clari in literis viri παροιμιακῶς appellati sunt RHAMNUSII, ut SUIDAS refert v. Ῥάμνος. THUCYDIDES, idoneus in primis iudex, quam magnifice de ejus eloquentia senserit, ex eo loco, quem supra attulimus, apparet. De orationis compositione, qua usus est Antiphon, ita judicat DIONYS. HALICARN. de Compos. verb. p. 9. ἡ δὲ Θουκυδίδου λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνίουσίου καλῶς μὲν σύγκειται νῆ Δία, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλαι, οὐ μὴν ἠδέως γε πάνυ. Idem in Isaeo p. 111. Antiphonti tribuit τὸ αὐσηρὸν μῦθον καὶ ἀρχαῖον, addens pro solita sua in iudicando acerbitate: ἀγωνιστῆς δὲ λόγων οὔτε συμβουλευτικῶν, οὔτε δικανικῶν ἐστὶ. Sed nos THUCYDIDI plus credimus, quam sexcentis DIONYSIIS. Haud mitius est iudicium, quod idem DIONYSIUS fert in Demosthen. p. 167. Ab HERMOGENE de Form. Orat. II. p. 497. Antiphon dicitur πολιτικὸς μὲν καὶ κατὰ τὸ ἀληθινόν, καὶ ἄλλως ἠθικὸς, ὥστε καὶ πιθανὸς—μεγέθει χρώμενος οὐκ ὀλίγω, καλῶς δὲ πως συνυφασμένῳ.

μένῃ. ubi plura sunt huc pertinentia, quae brevitatis causa omitto. PHILOSTRATUS p. 500. λόγοι δ' αὐτοῦ δικανικοὶ μὲν πλείους, ἐν οἷς ἡ δεινότης, καὶ πᾶν τὸ ἐκ τῆς τέχνης ἔγκειται. Sic enim legendum esse ex Cod. Regio Paris. non σύγκειται, quod placuit *Oleario*, nos monuit *Cel. Praeses*. Adde his *LIBANIUM Opp. T. II. p. 480*. Elegantissime de *Antiphonte* sententiam dixerunt *PSEUDO-PLUTARCHUS* et *PHOTIUS*, sive potius, quem illi ad verbum descripsisse videntur, *CAECILIUS* in *Commentario de Antiphonte*: ἔστι δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀκριβὴς καὶ πιθανὸς, καὶ δεινὸς περὶ τὴν εὐρεσίαν, καὶ ἐν τοῖς ἀπόροις τεχνικὸς, καὶ ἐπιχειρῶν ἐξ ἀδήλου, καὶ ἐπὶ τοὺς νόμους, καὶ τὰ πάθη τρέπων τοὺς λόγους, τοῦ εὐπρεποῦς μάλιστα σιοχασόμενος. Quod iudicium quin verum sit, et rei consentaneum, nemo, qui superstites Orationes legerit, dubitabit. Prope igitur adducor, ut credam, has orationes nunquam serio lectas esse a doctissimo et cetera accuratissimo viro, *Jo. Ionsio*, qui *de Script. Hist. Philos. p. 325*. magna confidentia scribit, *Antiphontis*, quae supersunt, orationes scholasticas esse atque fictas declamationes, et *Antiphontis* nil praeter nomen habere. Sed hicce error commodius a nobis *Capite III.* profligabitur.

CAPUT SECUNDUM.

JAM Antiphontis aetate, ut quisque Athenis disertissimus erat, ita ad honores et munera reipublicae tractanda maxime evehebatur. Antiphon igitur, omnibus eloquentiae praesidiis instructus, non putavit sibi domi desidendum, sed animum esse ad rempublicam appellendum. **PLUTARCHUS:** δύναμιν λόγων κτησάμενος, ὥρμησε μὲν πολιτεύεσθαι. Magni ejus opera Atheniensibus fuit in Bello Peloponnesiaco. Nam et duabus triremibus praefectus, et exercitus Praetor saepe cum hoste conflictavit, aliquot preeclaras victorias reportavit, et Atheniensibus belli socios adjunxit. **PLUTARCHUS:** ὅτε μὲν δυσὶ τριηραρχῶν ναυσὶν, ὅτε δὲ στρατηγῶν, καὶ πολλαῖς μάχαις νικῶν, καὶ συμμαχίας μεγάλας αὐτοῖς προσαγόμενος. **PHILOSTRAT.** p. 498. ἐστρατήγησε πλεῖστα, ἐνίκησε πλεῖστα. Verum multo luculentius beneficium contulit in patriam, augens rem navalem sexaginta triremibus, quae viris armisque instructae essent. **PHILOSTRATUS** l. c. ἐξήκοντα τριήρεσι πεπληρωμέναις ἠύξησεν Ἀθηναίοις τὸ ναυτικόν. **PLUTARCHUS:** καὶ τοὺς ἀκμάζοντας ὀπλίζων, καὶ τριήρεις πληρῶν ἐξήκοντα. Quae si vera sint, regiae atque immensae homini opes fuerint necesse est, quas quavis potius ratione compararit, quam orationibus aliorum nomine scribendis.

Videri

Videri possit XENOPHON *Hellen.* II. p. 467. quod modo ex PLUTARCHO et PHILOSTRATO retulimus, in dubitationem adducere. Nam duas tantum triremes ab Antiphonte suppeditatas dicit. Sed XENOPHONTI de alio Antiphonte, minus potente et illustri, sermonem esse, infra ostendemus. Forte etiam Antiphon patriae suae Archon fuit, annumque suo nomine signavit. Certe DIODORUS SICUL. XII. p. 534. ἀρχοντα ἐπώνυμον Olymp. XC. 3. ponit Antiphontem, quem Rhamnusium fuisse, et aetas, et alii summi, quos gessit, honores probabile reddunt.

Sed operae pretium est videre, qualem se Antiphon in republica administranda gesserit. Eloquentia ipsi viam ad honores patefactam esse ostendimus: sed illa ipsa Eloquentia, qua animos hominum in quascunque partes flectere poterat, illum populo reddidit suspectum. Quod sentiens Antiphon, nunquam velut in scenam prodiit, sed post siparium latuit, enixe adjuvans, qui consilium suum in republica gubernanda expetiissent. THUCYDIDES loco egregio, quem saepe laudavimus: καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριῶν, οὐδ' ἐς ἄλλιν ἀγῶνα ἐκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα, εἷς ἀνὴρ, ὅστις συμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. Adde PLUTARCH. *Nicia*, p. 526. et PHILOSTR. p. 499. Ad Antiphontem potissimum, tanquam auctorem, refer-

tur insignis illa Reipublicae Atheniensis commutatio, quâ, pristinâ Magistratum ratione antiquata, summa omnium rerum potestas translata est ad Quadringentos viros. Quae publici status mutatio ut rectius intelligatur, illorum temporum historiam paulo altius repetamus.

Belli Peloponnesiaci anno XVII. Olymp. XCI. 1. Athenienses, suadente Alcibiade, frustra obnitente Nicia, Syracusanis bellum intulerunt, et ad id gerendum ducem Alcibiadem delegerunt. Sed antequam classis altum peteret, accidit, ut omnes Hermae vel Mercurii statuæ una nocte dejicerentur. Quae res quod ex conjuratione ad populi libertatem opprimendam inita extitisse videbatur, ingentem Atheniensibus terrorem incussit. Dux conjurationis Alcibiades plerorumque oculis notabatur, qui tum reliquos cives opibus, gratia, multitudine amicorum et clientium anteibat. Vix ille classe in Siciliam pervenerat, cum inimici eum hoc crimine apud populum compellantes perficiunt, ut domum ad causam dicendam revocaretur. Alcibiades populi mandato parens, Athenas contendit. Sed cum in itinere audivisset, se indicta causa capitis esse damnatum, bonis publicatis, Lacedaemona demigravit. Cum vero Lacedaemoniorum constantiae non satis conveniret versatile Alcibiadis ingenium, eique privatae similtates intercederent cum Agide, Lacedaemoniorum Rege, non satis tutum hoc per fugium ratus, ad Tissaphernem, praefectum Regis Persarum,

Thucydidi in eloquentia viam praeivisse, colligi potest, ab illo, Gorgiae exemplo, ludum rhetoricum Athenis esse apertum; idque diserte confirmat PLUTARCHUS *de Gloria Atheniens.* p. 1350. οὐ τοὺς ἐν ταῖς σχολαῖς τὰ μειράνια προδιδάσκοντας—τοὺς Ἰσοκράτους, καὶ Ἀντιφῶντας, καὶ Ἰσαίου. Quem locum IONSIUS *de Script. Hist. Phil.* p. 326. de alio Antiphonte accipit, quod Antiphon post Isocratem nominatur. Sed haec ratio non multum ponderis habet. Etenim veteres Scriptores saepe negligunt illam in citandis auctoribus chronologicam ἀκρίβειαν. Anonymus *Scriptor Rhetorices* p. 24. Isocrati postponit Empedoclem, qui tamen diu ante Isocratem vixit; Αἱ δὲ τῆς ἐρμηνείας τοῦ λόγου τέσσαρες ἀρεταὶ—ὡς Ἰσοκράτει καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, Διονυσίῳ φιλοσφράτῳ καὶ Ἰαμβλίχῳ δοκεῖ ubi Jo. SCHEFFERUS etiam miratur, Empedoclem Isocrati postponi. Verum non dissimulabo, mihi in hoc loco blandiri acutissimam Cel. Praesidis conjecturam, Νεοκλεῖ reponentis pro Ἐμπεδοκλεῖ, quamvis sciam e QUINCTILIANO III. 1. *Empedoclem primum movisse aliqua circa Rhetoricen.* Neocles rhetor laudatur a Scholiaste HERMOGENIS p. 362, et p. 365. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ. Cum igitur Antiphon juvenes eloquentiae studiosos praeceptis imbueret, non satis habuit, illos ore erudire, sed in illorum etiam gratiam primus quidem, ut auctores sunt QUINCTILIAN. III. 1. PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS, *Artem Rhetoricam composuit.* Hoc opus laudatur a DIONYS.

DIONYS. HALIC. *Ep. ad Ammaeum* p 120. ΑΜΜΟΝΙΟ V. Σημεῖον, APSINE *Art. Rhet.* p. 719. et forte, ut IONSIUS *de Script. Hist. Phil.* p. 325. putat, a GALENO *praef. ad Gloss. Hippocrat.* Sed non est omittendus locus POLLUCIS VI. 143. ubi has ipsas τέχνας ῥητορικὰς laudans, adjicit: δοκοῦσι δ' οὐ γνήσῃαι. Haud nobis constat, quas POLLUX de hujus libri γνησιότητι dubitandi rationes habuerit: cumque liber interciderit, in neutram partem liquido pronunciari potest. Verum POLLUCI non tantum opponimus scriptores modo laudatos, sed etiam *Grammaticum* MS. antiquitate et eruditione praestantem, qui penes Celeb. RYHNENIUM est, e Cod. Bibliothecae Sangermanensis descriptus. Is, ut voces locutionesque ab Atticistis temere proscriptas vindicet, hoc institutum tenet, ut illas ostendat, ab optimis et veterrimis scriptoribus esse usurpatas. Cumque inter hos scriptores, qui omnes MENANDRUM aetate superant, Antiphontem etiam ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ referat, eo ipso satis indicat, se hunc librum veteris Antiphontis genuinum monumentum judicasse. Ex eodem Grammatico discimus, hanc *Artem* tribus libris constitisse. Quae inde excerpta afferuntur, haec sunt: Ἀπαρασκευάσιον. Ἀντιφῶν γ ῥητορικῆς τέχνης. Hinc plane confirmatur conjectura doctissimi JUNGERMANNI, qua in *Polluce* l. c. pro vulgato Ξενοφῶν reponit Ἀντιφῶν. † Ἀσλοργία, Φιλοσλοργία, Στοργή. Ἀντιφῶν ἐν β περὶ τῆς ῥητορικῆς τέχνης. † Ὀλιγοφιλίαν.

γοφιλίαν. Ἀντιφῶν γ. ubi tertius *Artis Rhetoricæ* liber intelligitur.

Nec tamen Antiphon omnem aetatem contrivit eloquentiae praeceptis tradendis, sed majora ausus, gravissimam oratoris personam suscepit, et magna cum laude sustinuit. QUINCTILIAN. III. 1. *hunc omnium primum orationem scripsisse* dicit. Quod GER. JO. VOSSIUS *de Rhetor. nat. et const.* p. 335. bene restringit ad orationes forenses, propterea quod Gorgias ante Antiphontem orationes scripsit, Et hoc modo QUINCTILIANI verba accipienda esse, ex aliis scriptoribus constat. DIOPORUS apud CLEMENT. ALEXANDR. *Strom.* I. p. 365. πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν γραψάμενον Ἀντιφῶντα, ΡΗΟΤΙΟΥ: συντάξαι δὲ αὐτὸν καὶ πρῶτάν, Φασι, τοὺς ἐν τοῖς δικαστήρῳις ἀγωνιστικοὺς λόγους. τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ οὐδεὶς φαίνεται καθεὶς ἑαυτὸν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα. οὐδ' ἐστὶ λαβεῖν δικανικὸν λόγον τῶν Ἀντιφῶντι πρότερον γεγραμμένων. Similia habet PSEUDO-PLUTARCHUS. Antiphon igitur merito suo ab HERMOGENE *de Form. Orat.* II. p. 498. appellatur εὐρετής καὶ ἀρχηγὸς τοῦ τύπου τοῦ πολιτικοῦ. Omnem vero eloquentiam suam Antiphon dicavit civibus, qui aut alios accusare, aut semet ipsos defendere pararent. Hi orationes, quas ab Antiphonte accepissent, ediscebant, et in judicio vel concione suo nomine recitabant. Semel tantum pro se ipso publice dixit, tanta vi eloquentiae, ut nemo unquam melius causam suam orasse dicatur. Egregius est
locus

Iocus THUCYDIDIS VIII. p. 545. καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριῶν, οὐδ' εἰς ἄλλον ἀγῶνα ἐκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ, καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα, εἰς ἀνὴρ, ὅστις συμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. καὶ αὐτός τε, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἑκακοῦτο, ἀριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ξυγκατέσλησε θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος. Ultima Thucydidis verba respexit CICERO *Bruto* C. 12. quo (Antiphonte) *neminem unquam melius ullam oravisse capitis caussam, cum se ipse defendere, se audiente; locuples auctor scripsit Thucydides.* Primus vero Antiphon ab iis, quibus orationes scripsisset, mercedem exegit. DIODORUS apud CLEM. ALEX. *Strom.* I. p. 365. καὶ μισθοῦ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον. etc. AMMIAN. MARCELL. XXX. 4. *Antiphon ille Rhamnusius, quem ob defensum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepisse mercedem.* Quae res, cum illis temporibus parum liberalis hominis esse videretur, Antiphonti avaritiae infamiam contraxit. Comici in primis, quorum tum summa erat licentia, hinc ejus reprehendendi ansam arripuerunt. PHILOSTRATUS p. 499. καθάπτεται δ' ἡ κωμῳδία τοῦ Ἀντιφῶντος, ὡς δεινοῦ τὰ δικανικά, καὶ λόγους κατὰ τοῦ δικαίου ξυγκειμένους ἀποδιδόμενου πολλῶν χρημάτων, αὐτοῖς μάλιστα τοῖς κινδυνεύουσι. PLATONEM, veteris comoediae poetam, hoc nomine Antiphontem perstrinxisse,

perstrinxisse, docet PSEUDO-PLUTARCHUS: κειώ-
 μύθεται δὲ εἰς Φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Πεισάν-
 δρω. Sic enim e PHOTIO legendum pro σὺν Πεισάνδρω,
 quamvis contra PHOTIUS e PLUTARCHO emendan-
 dus videatur OLBARIO *ad Philostrat.* I. c. Vid.
 TAYLOR. *Lect. Lysiac.* C. VII. Antiqui Rhetores
 Antiphonti solas fere tribuunt orationes judiciales,
 quasi aliud genus non attigisset. HERMOGENES
 tamen loco supra allato λόγους δημηγορικούς com-
 memorat. Recte. Nam constat, deliberativum
 etiam genus ab eo esse tractatum, sive ipse illas
 orationes ad populum habuerit, sive aliis, qui con-
 cionem habere vellent, scripserit. Tales fuerunt
 ὁ Πολιτικός, ὁ περὶ τοῦ Λινδίων Φόρου, ὁ περὶ τοῦ
 Σαμοθράκων Φόρου, etc. quae orationes saepe com-
 memorantur ab HARPOCRATIONE, aliisque Gram-
 maticis. Praeter judiciales et deliberativas Anti-
 phon etiam, Gorgiae exemplo, scripsit sophisticas.
 PHILOSTRATUS p. 500. σοφιστικοὶ δὲ καὶ ἕτεροι μὲν,
 σοφιστικώτερος δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ὁμοιοίας. Atque huc
 pertinet locus CICERONIS *Bruto* C. 12. Nam cum
 CICERO ex ARISTOTELE narrasset, Gorgiam paratos
 habuisse locos communes, cum singularum rerum
 laudes, vituperationesque conscripsisset, addit, *huic*
Antiphontem Rhamnesium similia quaedam habuisse
conscripta. Ad tales locos communes forte quis
 referat orationes undecim adhuc superstites, quae
 tametsi in forensi argumento versantur, tamen quod
 nullum indicium vel accusatoris, vel rei, vel temporis
 habent,

habent, nihil aliud sunt, nisi loci communes, quibus vel ipse Antiphon, vel alii in simili re uterentur.

Quid Antiquitas de Antiphontis in dicendo facultate existimarit, satis ostendit tribuendo illi venerabili nomine NESTORIS,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέει αὐδῆ.

Vid. PHILOSTRAT. p. 498. PSEUDO-PLUTARCHUM et PHOTIUM in *ejus vita*. Ab eo etiam omnes clari in literis viri παροιμιαικῶς appellati sunt RHAMNUSII, ut SUIDAS refert v. Ῥάμνος. THUCYDIDES, idoneus in primis iudex, quam magnifice de ejus eloquentia senserit, ex eo loco, quem supra attulimus, apparet. De orationis compositione, qua usus est Antiphon, ita judicat DIONYS. HALICARN. de *Compos. verb.* p. 9. ἡ δὲ Θουκυδίδου λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνίουσίου καλῶς μὲν σύγκειται καὶ Δία, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλαι, οὐ μὴν ἠδέως γε πάνυ. Idem in *Isaeo* p. III. Antiphonti tribuit τὸ αὐσηρόν μῦθον καὶ ἀρχαῖον, addens pro solita sua in iudicando acerbitate: ἀγωνιστῆς δὲ λόγων οὔτε συμβουλευτικῶν, οὔτε δικανικῶν ἐστίν. Sed nos THUCYDIDI plus credimus, quam sexcentis DIONYSIIS. Haud mitius est iudicium, quod idem DIONYSIUS fert in *Demosthen.* p. 167. Ab HERMOGENE de *Form. Orat.* II. p. 497. Antiphon dicitur πολιτικὸς μὲν καὶ κατὰ τὸ ἀληθινόν, καὶ ἄλλως ἠθικὸς, ὥστε καὶ πιθανὸς—μεγέθει χρώμενος οὐκ ὀλίγῳ, καλῶς δὲ πως συνυφασ-

μένφ. ubi plura sunt huc pertinentia, quae brevitatis causa omitto. PHILOSTRATUS p. 500. λόγοι δ' αὐτοῦ δικανικοὶ μὲν πλείους, ἐν οἷς ἡ δεινότης, καὶ πᾶν τὸ ἐκ τῆς τέχνης ἔγκειται. Sic enim legendum esse ex Cod. Regio Paris. non σύγκειται, quod placuit *Oleario*, nos monuit Cel. Praeses. Adde his LIBANIUM *Opp.* T. II. p. 480. Elegantissime de Antiphonte sententiam dixerunt PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS, sive potius, quem illi ad verbum descripsisse videntur, CAECILIUS in *Commentario de Antiphonte*: ἔστι δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀκριβὴς καὶ πιθανὸς, καὶ δεινὸς περὶ τὴν εὕρεσιν, καὶ ἐν τοῖς ἀπόροις τεχνικὸς, καὶ ἐπιχειρῶν ἐξ ἀδήλου, καὶ ἐπὶ τοὺς νόμους, καὶ τὰ πάθη τρέπων τοὺς λόγους, τοῦ εὐπρεποῦς μάλιστα σλοχαζόμενος. Quod iudicium quin verum sit, et rei consentaneum, nemo, qui superstites Orationes legerit, dubitabit. Prope igitur adducor, ut credam, has orationes nunquam serio lectas esse a doctissimo et cetera accuratissimo viro, Jo. IONSIO, qui *de Script. Hist. Philos.* p. 325. magna confidentia scribit, Antiphontis, quae supersunt, orationes scholasticas esse atque fictas declamationes, et Antiphontis nil praeter nomen habere. Sed hicce error commodius a nobis Capite III. profligabitur.

CAPUT SECUNDUM.

JAM Antiphontis aetate, ut quisque Athenis disertissimus erat, ita ad honores et munera reipublicae tractanda maxime evehebatur. Antiphon igitur, omnibus eloquentiae praesidiis instructus, non putavit sibi domi desidendum, sed animum esse ad rempublicam appellendum. **PLUTARCHUS:** δύναμιν λόγων κτησάμενος, ὥρμησε μὲν πολιτεύεσθαι. Magni ejus opera Atheniensibus fuit in Bello Peloponnesiaco. Nam et duabus triremibus praefectus, et exercitus Praetor saepe cum hoste conflictavit, aliquot preeclaras victorias reportavit, et Atheniensibus belli socios adjunxit. **PLUTARCHUS:** ὅτε μὲν δυσὶ τριηραρχῶν ναυσὶν, ὅτε δὲ στρατηγῶν, καὶ πολλαῖς μάχαις νικῶν, καὶ συμμαχίας μεγάλας αὐτοῖς προσαγόμενος. **PHILOSTRAT.** p. 498. ἐστρατήγησε πλεῖστα, ἐνίκησε πλεῖστα. Verum multo luculentius beneficium contulit in patriam, augens rem navalem sexaginta triremibus, quae viris armisque instructae essent. **PHILOSTRATUS** l. c. ἐξήκοντα τριήρεσι πεπληρωμέναις ἠΐξησεν Ἀθηναίοις τὸ ναυτικόν. **PLUTARCHUS:** καὶ τοὺς ἀκμάζοντας ὀπλίζων, καὶ τριήρεις πληρῶν ἐξήκοντα. Quae si vera sint, regiae atque immensae homini opes fuerint necesse est, quas quavis potius ratione compararit, quam orationibus aliorum nomine scribendis.

Videri

Videri possit XENOPHON *Hellen.* II. p. 467. quod modo ex PLUTARCHO et PHILOSTRATO retulimus, in dubitationem adducere. Nam duas tantum triremes ab Antiphonte suppeditatas dicit. Sed XENOPHONTI de alio Antiphonte, minus potente et illustri, sermonem esse, infra ostendemus. Forte etiam Antiphon patriae suae Archon fuit, annumque suo nomine signavit. Certe DIODORUS SICUL. XII. p. 534. ἀρχοντα ἐπώνυμον Olymp. XC. 3. ponit Antiphontem, quem Rhamnusium fuisse, et aetas, et alii summi, quos gessit, honores probabile reddunt.

Sed operae pretium est videre, qualem se Antiphon in republica administranda gesserit. Eloquentia ipsi viam ad honores patefactam esse ostendimus: sed illa ipsa Eloquentia, qua animos hominum in quascunque partes flectere poterat, illum populo reddidit suspectum. Quod sentiens Antiphon, nunquam velut in scenam prodiit, sed post siparium latuit, enixe adjuvans, qui consilium suum in republica gubernanda expetiissent. THUCYDIDES loco egregio, quem saepe laudavimus: καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριῶν, οὐδ' ἐς ἄλλιν ἀγῶνα ἐκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλειῖστα, εἷς ἀνὴρ, ὅστις συμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. Adde PLUTARCH. *Nicia*, p. 526. et PHILOSTR. p. 499. Ad Antiphontem potissimum, tanquam auctorem, refer-

tur insignis illa Reipublicae Atheniensis commutatio, quâ, pristinâ Magistratum ratione antiquata, summa omnium rerum potestas translata est ad Quadringentos viros. Quae publici status mutatio ut rectius intelligatur, illorum temporum historiam paulo altius repetamus.

Belli Peloponnesiaci anno XVII. Olymp. XCI. 1. Athenienses, suadente Alcibiade, frustra obnitente Nicia, Syracusanis bellum intulerunt, et ad id gerendum ducem Alcibiadem delegerunt. Sed antequam classis altum peteret, accidit, ut omnes Hermae vel Mercurii statuæ una nocte dejicerentur. Quae res quod ex conjuratione ad populi libertatem opprimendam inita extitisse videbatur, ingentem Atheniensibus terrorem incussit. Dux conjurationis Alcibiades plerorumque oculis notabatur, qui tum reliquos cives opibus, gratia, multitudine amicorum et clientium anteibat. Vix ille classe in Siciliam pervenerat, cum inimici eum hoc crimine apud populum compellantes perficiunt, ut domum ad causam dicendam revocaretur. Alcibiades populi mandato parens, Athenas contendit. Sed cum in itinere audivisset, se indicta causa capitis esse damnatum, bonis publicatis, Lacedaemona demigravit. Cum vero Lacedaemoniorum constantiae non satis conveniret versatile Alcibiadis ingenium, eique privatae simultates intercederent cum Agide, Lacedaemoniorum Rege, non satis tutum hoc per fugium ratus, ad Tissaphernem, praefectum Regis Persarum,

Persarum, se contulit, et callide ei persuasit, non expedire Regi, Lacedaemoniorum opes nimis crescere, ne confecto bello statim cum victoribus certamen sit suscipiendum.

Alcibiades, hac opera civibus suis venditata, cum Pisandro, Praetore Atheniensium apud Samum, qui, sicut ipse, optimatibus favebat, consilium de reditu in patriam agitare coepit, offerens liberaliter tum Regis Persarum amicitiam, tum operam suam, hac conditione, ut imperium a populo ad Optimates transferretur. Hoc Alcibiadis consilium a Pisandro primum cum Samiis, mox cum Atheniensibus, qui Sami versabantur, communicatum est, et parum abfuit, quin, adjuvantibus illud Athenis etiam primi ordinis viris, feliciter cederet. Sed huic Alcibiadis conatui intercessit Phrynichus, Dux Atheniensium exercitus, callide intelligens, Alcibiadi non magis paucorum dominatum curae esse, quam statum popularem, sed id tantum quaeri, (quod postea eventus comprobavit) ut ipse, discordia inter civitatis Ordines sparsa, ab alterutra parte in auxilium vocetur. Longum esset enarrare, quae impedimenta Phrynichus Alcibiadis consilio objecerit. Tandem Pisander aliique Legati Athenas veniunt, populo persuasuri, ut Alcibiades in patriam revocetur, et, mutata antiqua regendi forma, respublica quadringentis committatur: Quod si facerent, eos Persarum Regem belli socium habituros, sin minus, ne ipsam quidem salutem eos servaturam. Hac necessitate

necessitate populus compulsus, in Pisandri et reliquorum legatorum sententiam concedit, et Democratiam Oligarchia commutat. Constituuntur Decemviri reipublicae ordinandae cum summa potestate, qui certa die ad populum referant, quae optima sit ratio Reipublicae administrandae. Hi, ubi dies advenit, populum rogant, ut cuivis Atheniensium sententiam, quamcunque velit, dicere impune sit. Qua dicendi libertate concessa, omnes censuerunt, antiquos Magistratus esse abdicandos: simul quinque conclonis Praesides delegerunt, a quibus rursus centum alii viri deligerentur, quorum singuli sibi tres alios cooptarent, hi denique Quadringenti rempublicam cum summa potestate administrarent. In hac historia enarranda potissimum secuti sumus Historicorum principem, THUCYDIDEM L. VIII, cui jungendi sunt NEPOS et PLUTARCHUS in *Alcibiade*, DIODOR. SICUL, L. XIII. et JUSTINUS L. V. Talis ac tantae conversionis praecipuus architectus fuit Antiphon, ut supra diximus, sed latitans more suo, et consiliis monitisque instruens Pisandrum, aliosque pristini status eversores. THUCYDIDES: ὁ μέντοι ἅπαν τὸ πρᾶγμα ξυθεῖς, ὅτι τρόπῳ κατέστη εἰς τοῦτο, καὶ ἐν πλείσθου ἐπιμεληθεῖς, Ἀντιφῶν ἦν etc. PHILOSTRAT. κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἐδούλωσε τὸν Ἀθηναίων δῆμον. PSEUDO-PLUTARCHUS: καὶ παρατέτακτο ἕως καταλύσεως τῆς δημοκρατίας ὑπὸ τῶν τετρακοσίων γενομένης, ἢ καὶ αὐτὸς δοκεῖ συγκατακευθῆναι. PHOTIUS: κατέτεινε

παρέτεινε δὲ τὸν βίον ἕως τῆς ὑπὸ τῶν ὧ γενομένης καταλύσεως; ἧς καὶ αὐτὸν αἰτίαν μετεσχηκέναι, Φασὶ παρασχεῖν. quae ΡΗΟΤΙΙ verba, a librariis turbata, sic in ordinem cogas: ἧς καὶ αὐτὸν μετεσχηκέναι, καὶ αἰτίαν Φασὶ παρασχεῖν. Huc etiam pertinet locus LIBANII *Apologia Socratis* p. 651. ubi licet Antiphontis nomen reticeatur, satis tamen patet, non alium intelligi, nisi Antiphontem; ἀλλ' οὐκ ἔδειξεν αὐτὸν ἐν μέσῳ, λάθρα δὲ τὸ πρᾶγμα συνέδηκεν, ὡς ὄχλῳ μὲν οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι, τῶν δ' αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιθυμῶν. ἑτέρου ταῦτα ἦν τοῦ καὶ τῶν πετρακοσίων ἑνὸς, καὶ λόγον ὑψηλοῦ, ὧν ἔδοξεν ἀδικεῖν, δεδωκότος. Sic locus ille scribendus est, in quo manifesta apparent vestigia imitationis loci Thucydidei de Antiphonte.

In hunc Quadringentorum numerum populus allegit tum ipsum Antiphontem, tum Phrynichum et Theramenem *, amicitia et usu Antiphonti conjunctos

* Theramenis Historia, propter diversa et pugnancia inter se veterum scriptorum de eo judicia commodam Academicæ exercitationi materiam præbere posset. Obiter *Theramenis* nomen restituamus LIBANIO *Apolog. Socrat.* p. 651. ἴσθιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι μετέσχει αἰτῆς τῆς τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίας, τῶν τριάκοιτα παρακομίας; τὸν Πείσανδρον ἱμιμήσατο, μετὰ Ῥαμίνοισι ἐξήτασαι, τῷ Φρυνίχῳ ταῦτ' ἐποιῶν ἔφθην; Legendum *Θηραμένους*. Theramenes vulgo *Cothurnus* dictus est, quod in civium factionibus ancipitem se gerebat, et utrique parti gratus esse studebat, sicut *cothurnus* aptus est utrique pedī. CRITIAS in oratione adversus Theramenem apud XENOPHONT. *Hellen.* II. p. 465. ἄδη δῆπου γὰρ καὶ Κόθορτος ἐπικαλεῖται, καὶ γὰρ ὁ κόθορτος ἀρμόττει μὲν τοῖς ποσὶν ἀμφοτέρωσιν δοκεῖ. ubi *Celeb. RYHNKENIUS* rectissime exprungit verba, καὶ γὰρ ὁ κόθορτος ἀρ. μ. τ. π. ε. δ. tanquam Grammatici marginale glossema; quamvis illa
in

junctos, sed inter quos brevi gravissima discidia extiterunt. Quadringenti in duas factiones disceserant, quarum altera, duce Theramene, impense favebat Alcibiadi, altera, cujus caput cum Phrynicho erat Antiphon, omnibus modis, ne Alcibiades revocaretur, impediēbat, facile videns, eo recepto, rem publicam ad popularem statum redituram. Quum vero altera factio superior esse coepisset, nec res aliter teneri posset, Antiphon, Phrynichus, alique decem, tanquam factionis suae legati, ad ipsos Atheniensium acerbissimos hostes Lacedaemonios profecti sunt, ut pacem quibuscunque conditionibus facerent. Simul eorum consilio Eetionea munita est, qua hostium classem pedestremque exercitum, quando et quoties vellent, recipere possent. Sed legati re infecta Athenas reversi sunt, et nihil aliud hac legatione, quam sibi exitium maturarunt. Vix reversus Phrynichus ex insidiis periit in frequenti foro, percussore ejus impune evadente. Qua re animus crevit adversae factioni, ejusque principi, Therameni. Fit deinde maxima rerum commutatio. Nam, dissoluto Quadringentorum imperio, res publica quinque millibus administranda traditur. Alcibiades denique in patriam revocatur. Vid. *THUCYDID.* VIII. 90. seqq. Haec gesta sunt Olymp. XCII. 2. Praetore Theopompo. Eodem anno inimici

in libro suo invenerit Scholiast. Aristoph. ad *Ran.* vs. 47. *POLLUX* VII. 91. ὁ δὲ κόδορος, ἰκάτιρος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν, ὄθει καὶ τὸν Θεραμίνην Κόδορον ἰκάλαον, διὰ τὸν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτερισμόν, Vide eximium virum, L. KESTERUM ad *SUID.* V. Θεραμίνης.

Antiphontem in jus vocarunt, ubi non indicta causa condemnatus est, ut gravissimo errore scribit **ΠΣΕΥ-
 ΔΟ-PLUTARCHUS**, sed causam dicere coactus, tum
 primum publice dixit tanta vi eloquentiae, ut **ΘΥ-
 ΟΥΔΙΔΕΣ** illum optime omnium, ad suam usque me-
 moriam, capitis causam dixisse fateatur. Accusatus
 est, **ΘΥΟΥΔΙΔΕ** teste, quod paucorum dominatum
 constitueret: καὶ αὐτός τε ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων
 ἐν κλήρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακῶτο,
 ἔριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων
 αἰτίας, ὡς ἔυχνατέσθησε, θανάτου δίκην ἀπολογησά-
 μενος. In ipsa vero publica condemnationis formu-
 la, quam ex **CAECILIO**, magno hujus historiae bono,
 conservavit **PLUTARCHUS**, damnatus dicitur, quod
 exitio reipublicae legatus ad Lacedaemonios pro-
 fectus esset, et e castris navi hostili abiisset, et per
 Deceleam iter terrestre fecisset, atque adeo patriam
 suam prodidisset. Poena ipsi longe atrocissima
 constituta est, ut undecim viris traderetur, bona
 ejus publicarentur, aedes solo aequarentur, titulo
 aedium in area posito, **ANTIPHONTIS PRO-
 DITORIS**, ut neque Athenis, neque in terra
 Attica sepeliretur, ut non modo ipse infamis
 esset, sed omnes etiam ex eo nati, sive legitimi
 essent, sive spurii, ut infamia quoque notare-
 tur, qui quem posterorum Antiphontis adop-
 taret. De poenae genere nihil habet **ΘΥΟΥΔΙ-
 ΔΕΣ**, forte rem adeo atrocem de industria silentio
 praetermittens, ut magistro bene de se merito grati-
 ficaretur. Quae probabilis est conjectura **MARCEL-**

ΛΙΝΙ *in vita Thucyd. p. 4.* ὅτι δὲ μετὰ τὸν θάνατον τιμωρούμενοι τὸν Ἀντιφῶντα οἱ Ἀθηναῖοι ἔρριψαν ἔξω τῆς πόλεως τὸ σῶμα, σεσιώπηκεν, ὡς διδασκάλῳ χαριζόμενος. ubi sequentia verba, tanquam inutile additamentum, resecanda: λέγεται γὰρ ὡς ἔρριψαν αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς αἰτίου τῆς μεταβολῆς τῆς δημοκρατίας. Oratio, qua se defendit Antiphon, dicitur περὶ μετασπάσεως, i. e. *de mutatione status popularis in oligarchiam Quadringentorum virorum.* ΗΑΡΡΟCΡΑΤΙΟΝ. V. Σπασιώτης. Ἀντιφῶν ἐν τῇ περὶ μετασπάσεως περὶ τείνου ὧν Ἀπόληξις κατηγορήκεν, ὁ σπασιώτης ἦν ἐγώ, καὶ ὁ πάππος ὁ ἐμὸς etc. ubi H. VALESIIUS, Vii magnus, corrigit ᾧ vel οὗ σπασιώτης ἦν ἐγώ. Malim, ὅτι σπασιώτης ἂν ἦν ἐγώ.

Sed antequam hinc discedamus, excutienda sunt quaedam veterum scriptorum loca, quae hactenus disputatis non satis convenire videantur. PSEUDOPLUTARCHUS ex LYSIAE oratione deperdita, et THEOPOMPO refert, Antiphontem sub triginta Tyrannis, qui Olymp. XCIV. 2. constituti sunt, capitis damnatum esse. Si LYSIAE illa oratio, et THEOPOMPI historia extaret, certius hac de re judicari posset. LYSIAS quidem in oratione, quae superest, *adv. Eratosth. p. 216.* Antiphontem, narrat, a populo, post libertatem recuperatam, condemnatum esse, adeoque nihil dicit, quod THUCYDIDI, et Monumento publico, supra à nobis laudato, cujus summa debet esse auctoritas, adversetur. Antiphon igitur, qui sub triginta tyrannis periit, diversus fuit ab

Antiphonte

Antiphonte Rhamnusio: quod et ipsum **ΠΛΥΤΑΡΧΟ** commode in mentem venit. Adjiciamus ejus verba ex pulcerrima emendatione **ΤΑΥΛΟΡΙ** *Lectio. Lysiac. c. VII.* ἀλλ' οὗτός γε ἀν εἴη ἕτερος, Λυσιδωνίδου πατρός, οὗ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει. Verum, ne quid dissimulemus, Theramenes etiam apud **ΧΕΝΟΡΗΟΝΤ.** *Hellen. II. p. 467.* Antiphontis condemnationem manifeste tribuit triginta Tyrannis: ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀντιφῶντος ὑφ' ὑμῶν ἀπολλυμένου, ὃς ἐν τῷ πολέμῳ δύο τριήρεις εὖ πλεούσας παρείχετο, ἠπιστάμην ὅτι καὶ οἱ πρόθυμοι τῇ πόλει γεγεννημένοι πάντες ὑπόπτως ὑμῖν ἔξοιεν. Qui locus cum **ΘΥΣΥΡΙΔΕ**, et Monumento publico apud **ΠΛΥΤΑΡΧΟΝ**, conciliari non potest, nisi forte dicamus, Theramenem propterea Antiphontis exitium triginta Tyrannis imputasse, quod plures in eorum numero essent, qui ante constitutum Trigintaviratum Antiphontem in perniciem impulissent. At haec de Antiphontis morte querela cuivis potius convenisset, quam Therameni, in quem unum **ΛΥΣΙΑΣ** *Orat. adv. Eratosthen. p. 216.* conjicit crimen Antiphontis interfecti, βουλόμενος δὲ τῷ ὑμετέρῳ πλήθει δοκεῖν πιστὸς εἶναι, Ἀντιφῶντα καὶ Ἀρχεπτόλεμον φιλτάτους ὄντας αὐτῷ κατηγορῶν ἀπέκτεινεν. Cui dubitationi forte quis ita occurrat, ut dicat, Theramenem, cum idem sibi, quod Antiphonti antea, supplicium impenderet, vel poenitentiam agere coepisse, quod veterem amicum perdidisset, vel crimen a se transferre voluisse in triginta Tyrannos.

nos. Sed fatemur, animum magis in hanc partem inclinare, ut statuamus, XENOPHONTEM non de Antiphonte Rhamnusio loqui, sed de alio Lysidonidis filio, quem LYSIAS in oratione deperdita, et THEOPOMPUS dicunt sub triginta Tyrannis periisse.

Hactenus de vita, rebus gestis, et morte Antiphontis; quibus speramus satisfactum esse TAYLORO V. C. in *vita Lysiae*, p. 39. dubitanti, an Antiphon e collegio CCCC Virorum idem fuerit, qui Antiphon Orator.

CAPUT TERTIUM.

SEQUITUR, ut de ingenii monumentis, quibus Antiphon nomen suum posteritati commendavit, breviter dicamus. Sed hic nobis fere otium fecerunt Viri literariae historiae peritissimi, JO. MEURSIUS in *Biblioth. Attica*, T. X. *Thes. Ant. Gr.* p. 1422. JO. JONSIUS libro saepius laudato, et JO. ALB. FABRICIUS *Bibl. Gr.* L. II. C. 26. p. 837. Attingamus igitur ea tantum, quae a viris egregiis vel perperam dicta sint, vel praetermissa. De Antiphontis τέχνη ρητορικὴ supra diximus, quae repetere non est necesse. Orationes ejus sexaginta olim extiterunt, e quibus CAECILIUS, Rhetor, viginti quinque velut subdititias familia submovit. PROTIUS et PLUTARCHUS: Φέρονται δὲ αὐτοῦ λόγοι ἑξήκοντα, ὧν ὁ Καικίλιος εἴκοσι καὶ πέντε φησὶν αὐτοῦ κατα-

καταψεύδεσθαι, ὡς εἶναι τοὺς διαφυγόντας τὸ νόθον, πέντε καὶ τριάκοντα. Sed ex his paucae tantum commune bonorum librorum naufragium evaserunt: reliquarum vix tituli salvi ad nos pervenerunt. Atque hic, quod supra promisimus, a nobis praestandum est, ut velut per inductionem demonstremus, Jo. JONSIUM Orationes, quae supersunt, temere et inconsulte pro declamationibus a scholastico homine confictis habuisse. Ex Orat. IV. p. 41. ἀπελογήθη citat POLLUX II. 119. Ex eadem Orat. p. 44. locum laudat AMMONIUS v. Ἐνθύμημα. Quae in Orat. V. p. 50. leguntur, τὸν ἀναίτιον καταλαμβάνοντας, τὸν αἴτιον ἀφείμαι, affert SUIDAS v. Καταλαβεῖν, qui hinc corrigendus. Ex Or. X. p. 71. vocem γηραιὸς excerpserit POLLUX II. 13. Ex eadem Orat. p. 72. idem VIII. 21. habet vocem ἐπιτίμιον. Nobilissimam Orationem de caede Herodis bis nominatim citat HARPOCRATION v. Διετείνοντο, et v. Φροῦδος. Uterque locus extat p. 103. et 111. Ex eadem oratione, quamvis haud nominata, POLLUX III. 138. excerpserit vocem αἰτίασις, quae est p. 101. et IX. 13. verbum χωροφιλεῖν, quod occurrit p. 126. Orationem de Choreuta laudat HARPOCRATION v. Διδάσκαλος. Locus, quem inde affert, extat p. 143. Sed idem ex eadem Oratione citat Διῖπόλια, quae ibi non comparent. Videtur ergo HARPOCRATION, memoria lapsus, Orationem de Choreuta pro quinta, in qua p. 49. Διῖπόλια occurrunt, laudasse. Est nunc JONSIUS, et spurias ineptasque

ineptasque judicet Orationes, quas ipsi antiqui Grammatici, quorum spectata est eruditio, HARPOCRATION, POLLUX, AMMONIUS, SUIDAS, non modo ut genuinas probarunt, verum etiam tanquam Attici sermonis normam adhibuerunt. Haec sufficient ad vindicandam γνησιότητα *Orationum de caede, vel λόγων Φονικῶν*, quas nobis solas reliquas fecit temporis injuria.

Inter Orationes deperditas, teste PSEUDO-PLUTARCHO, prae aliis laudem tulit ὁ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ ΤΩΝ ΙΔΕΩΝ. Bona fide vertitur, *de generibus vel formis dicendi*. Ridiculum sane orationis argumentum, quale ne ineptus quidem posterioris aetatis Sophista ad populum explicare sustinuisset. Vidit absurdum, quod in hoc titulo est, (et quis non videat?) JO. JAC. REISKIUS *Animadv. in Plutarch. p. 490.* Verum, ut est infelicissimus conjector, hic quoque περὶ τῶν ἐλαιῶν, *de oleis*, legens, aberravit. Vide, quanto feliciter Celeberrimus RYHNKENIUS restituerit, ὁ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ ΤΩΝ ΤΑΩΝ, *oratio adversus Erasistratum de Pavonibus*. Subjiciamus veterum scriptorum loca, quae palmariam emendationem omni dubio liberent. ATHENAEUS XII. p. 397. Ἀντιφῶντι δὲ τῷ ῥήτορι λόγος μὲν γέγραπται, ἔχων ἐπίγραμμα περὶ Ταῶν. ubi plura laudat ex hac oratione. AELIANUS *Histor. Animal. V. 21.* ἐτιμῶντο δὲ τὸν (ταῶν) ἀρρένα, καὶ τὸν θῆλυν δραχμῶν χιλίων, ὡς Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Ἐρασίστρατον λόγῳ Φισί. HARPOCRATION: Εὐσφάλμως, ἀντι τοῦ

τοῦ εὐπρεπῶς. Ἀντιφῶν ἐν τῇ περὶ Ταόνων. Idem alibi: Πυριλαμπής. Ἀντιφῶν ἐν τῇ περὶ τῶν Ταῶν. EUSTATHIUS ad *Iliad.* B. p. 346. Athenæum, ut solet, describens: Ἀντιφῶν μὲν γὰρ, Φασίν, ὁ ῥήτωρ διφυλλάβως κλίνει, λόγον γράψας, ἐπίγραμμα ἔχοντα περὶ Ταῶν. Forte hicce Antiphontis Ραυο occasionem dedit LUPERCO ΒΕΡΥΤΙΟ, Grammatico, scribendi libelli περὶ τοῦ Ταῶ, sicut idem alium libellum scripserat περὶ τοῦ παρὰ Πλάτωνι ἀλεκτρού-
νος. Vide SUIDAM v. Λούπερκος.

· · · Scripsit etiam Antiphon Ἀλκιβιάδου λοιδορίας, laudatas a vero PLUTARCHO *Alcibiade* p. 192. F. ἐν δὲ ταῖς Ἀντιφῶντος λοιδορίαις γέγραπται, ὅτι παῖς ὢν ἐκ τῆς οἰκίας ἀπέδρα πρὸς Δημοκράτη, τινὰ πῶν ἐρασίῳν. Hanc quoque orationem IONSIUS, p. 325. in scholis Sophistarum, vel ab alio quodam Alcibiadis inimico potius, quam ab Antiphonte Rhamnusio, scriptam judicat. Quae conjectura non minus vana est, quam illa de Orationum superstitione νοθεΐα, paulo ante a nobis confutata. Nam quid potest esse magis verisimile, quam Alcibiadem, aequalem Antiphontis, et Quadringentis, quorum princeps erat Antiphon, infensissimum, ab Antiphonte oratione acerba esse laceratum? Atqui, quod PLUTARCHUS scribit, planissime confirmat ATHENÆUS L. XII. p. 525. B. elegans ex illa Oratione afferens fragmentum: περὶ δὲ τῶν Ἀβυδηνῶν Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λοιδορίας οὕτως· ἐπειδὴ ἐδοκιμάσθη ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων, παρα-
λαβῶν

λαβὼν παρ' αὐτῶν τὰ σαυτοῦ χρήματα, ὧχου ἀποπλέων εἰς Ἄβυδον, οὔτε χρέος ἴδιον σαυτοῦ πραξόμενος οὐδέν, οὐδὲ προξενίας οὐδεμιᾶς ἔνεκεν· ἀλλὰ τῇ σαυτοῦ παρανομία καὶ ἀκολασία τῆς γνώμης ὁμοίους ἔργων τρόπους μαθησόμενος παρὰ τῶν ἐν Ἄβύδῳ γυναικῶν, ὅπως ἐν τῷ ἐπιλοίπῳ βίῳ σαυτοῦ ἔχῃς χρῆσθαι αὐτοῖς. ubi Celeb. RYHNKENIUS pro παρανομία legere malit παροινία· quae vox centies jungitur cum ἀκολασία. Pertinet ad hanc emendationem stabilendam locus PLUTARCHI *Alcibiad.* p. 211. D. ὅπως αὐτὸς ἐπ' ἀδείας χρηματίζεται περιπλέων, καὶ ἀκολασταίνῃ μεθύσκόμενος, καὶ συνῶν ἑταίραις Ἄβυδυναῖς, καὶ Ἰωνίσι. Titulos orationum Antiphontiarum, a viris eruditissimis collectos, augere licet e Grammaticis ineditis, qui sunt penes Celeb. Praesidem. *Antiatticista MS.* Ἀναδέξαι, οἷον ἐγγυῆσαι. Ἀντιφῶν πρὸς Πολύευκτον. Δεινόλοχος Ἄλθαία. *Lex. Sangerm. MS.* Ἀθήναζε.—καὶ τὸ παρὰ Ἀντιφῶντι δὲ ἐν τῷ περὶ ἀνδραποδισμοῦ λόγῳ ἐπίστας ἐχει ὡς ἡμαρτημένον τὴν σύνταξιν. γράφει δὲ οὕτως· ἐπειδὴ γὰρ ἀπώκεις τὴν Ἀθήναζε, καὶ ἀπηλλάγην τῆς κληρουχίας. In iisdem Grammaticis alia etiam Antiphontis fragmenta reperiuntur. *Lex. Sangerm. MS.* Ἀδυναμία ἐρεῖς, ὡς Δημοσθένης, καὶ ἀδυνασία, ὡς Ἀντιφῶν, καὶ Θουκυδίδης, καὶ ἀδυνατία, ὡς Δεινόλοχος. † Ἀκόλουθα, Ἀντιφῶν τὰ ἐπόμενα καὶ σύμφωνα. † Ἀποδικεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀπολογεῖσθαι. οὕτως Ἀντιφῶν. Ultima glossa etiam est apud SUIDAM, ubi pro Ἀντιφῶν male legitur Ἀντιφάνης, quamvis cum SUIDA conveniat

ΕΥΔΕΜΟΣ *Lex. Rhetor. MS.* quod **Celeb. Praeses Parisiis** evoluit. De horum nominum permutatione **Cap. IV.** nonnulla dicemus. *Lexicon Reg. MS.* Τρίτην ἡμέραν χρὴ λέγειν, οὐχὶ τρεῖς ἡμέρας. **Ξενοφῶν** καὶ τρίτην ἡμέραν αὐτὸ τοῦτ' ἔπραττον. **Μένανδρος** ἡμέραι τρίτην ἐπεκώμασεν ἡμῖν. **Ἀντιφῶν** ἐχθρὸς μετὰ πέντ' ἔπινον, ἡμέραν τρίτην μεθ' ἑπτά. *Antiatticista MS.* Ἀπειθαρχία. Ἀντιφῶν πολικῶν. **Corrigendum** videtur πολιτικῶν, ut ejus λόγος πολιτικός intelligatur.

CAPUT QUARTUM.

PLURES Antiphontes clarum in literis nomen habuerunt; ex quibus duo imperitiis ipsorum veterum negligentia, dicam, an inscitia, cum Antiphonte Rhamnusio saepe confudit. Nos breviter de illis disputemus, omissis quae **IONSIUS**, **FABRICIUS**, et **Cl. TAYLORUS** *Lect. Lysiac. C. VII.* occuparunt, et, qui discernendi sint, accurate discernamus.

I. Antiphon τερατοσκόπος, sive *haruspex*, quem ab Oratore bene distinguit **HERMOGENES** *de Form. Orat. II. p. 497.* Rectissime etiam **SUIDAS**: Ἀντιφῶν, Ἀθηναῖος, τερατοσκόπος, καὶ ἔποποιός, καὶ σοφιστής. ἐκαλεῖτο δὲ λογομάγειρος. Idem ex alio auctore: Ἀντιφῶν, Ἀθηναῖος, ὄνειροκρίτης. περὶ κρίσεως ὄνειρων ἔγραψε. **TZETZES** *Scholio MS.* quod supra dedimus, eum scribit Alexandri tempore vixisse. Sed mul-

tum fallitur. Vixit enim tempore Socratis, et invidus divini viri obtrektor, discipulos ab eo avertere tentavit. **DIOGENES LAERT. II. 46. ex Aristotele:** Σωκράτει τις, καὶ ἂ Φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ περὶ Ποιητικῆς, ἐφιλονεῖται Ἀντίλοχος Δήμιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκοπός. ubi vid. **MENABIVM.** Socratis cum hoc Antiphonte contentionem copiose et eleganter explicat **ΧΕΝΟΡΗΘΝ Memorab. I. 6.** Sed **PLUTARCHVS** et **ΡΗΟΤΙΥΣ**, quadrata rotundis miscere soliti, haec non de Antiphonte *Onirocritico*, sed de *Rhamnusio* accipiunt. **ΠΛΥΤΑΡΧΗ** verba haec sunt: διατριβὴν δὲ συνέσκησε, καὶ Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ διεφέρετο τὴν ὑπὲρ τῶν λόγων διαφορὰν, οὐ φιλονεικῶς, ἀλλ' ἐλεγκτικῶς, ὡς Ξενοφῶν ἰσθόρηκεν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν. Frontem perfricuisse hominem dicas, qui tale quid a **ΧΕΝΟΡΗΘΝΤΕ** scriptum affirmare audeat. Nam **ΧΕΝΟΡΗΘΝ** inducit Antiphontem cum Socrate disputantem, non ut virum probum, et veri investigandi studiosum, sed ut improbum cavillatorem. Veniebat in mentem, forte **ΠΛΥΤΑΡΧΟ** succurri posse, transponendis ejus verbis, οὐκ ἐλεγκτικῶς, ἀλλὰ φιλονεικῶς. Sed hanc medicinam faciendam esse negat ejusdem erroris socius, **ΡΗΟΤΙΥΣ**: διενεχθῆναι δὲ φασὶν αὐτὸν καὶ Σωκράτη τῷ φιλοσόφῳ, οὐ πρὸς φιλονεικίαν, ἀλλὰ πρὸς ἔλεγχον ὄρωντα. Habeant igitur secum errores suos, serventque sepulcro. Ipse vero **ΧΕΝΟΡΗΘΝ** satis indicat, illam disputationem non cum Antiphonte *Rhamnusio* institutam fuisse, sed cum Anti-
phonte

phonte *Onirocritico*, appellans eum σοφιστήν, qui titulus huic Antiphonti tribui solet, non *Rhamnusio* oratori. Sed omnem controversiam dirimit gravissimus auctor, ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΣ, cujus testimonium paulo ante ex ΔΙΟΓΗΛΑΕΚΤ. laudavimus. Quo magis miramur, inter ipsos Veteres hac de re non satis convenisse. Nam, teste ΑΤΗΝΑΙΟ L. XV. p. 678. F. *Andrantes* libram scripserat, compilatum postea ab *Hephaestione*, Grammatico, περί τοῦ κατὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν Ἀντιφῶντος. Vidimus Cap. I. ΗΕΚΜΟΓΕΝΕΜ Antiphonti *haruspici* tribuere λόγον περί ἀληθείας, λόγον περί βρονοίας, λόγον πολιτικόν, et λόγους δημηγορικούς. Sed ut posteriores orationes ad *Rhamnusium* referendae videntur, sic omnium consensu libri περί Ἀληθείας tribuuntur Antiphonti *Sophistae*. Grammatici veteres apud FABRICIUM duos hujus operis libros laudant. Sed liber decimus sextus in *Schol. MS. Demosthenis*, quod WOLFIIUS ad eum affert p. 1151. citatur: ἐν τῷ 1ῳ τῆς Ἀληθείας ὁ αὐτὸς κέχρηται καὶ ἐπὶ διακοσμήσεως. Hanc tamen lectionem dubiam faciunt ΗΑΡΟΚΡΑΤΙΟΝ et ΣΥΙΔΑΣ v. Διάθεσις, apud quos eadem glossa reperitur, legentes ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ἀληθείας. Videtur igitur opus in duos tantum libros divisum fuisse. Vir praeclarus, JOANNES ALBERTI, cujus morte Graecae literae ingens damnum fecerunt, hunc Antiphontis librum laudari putabat ab ΗΕΣΥΧΙΟ in hac glossa: Γλαυξ ἐν πόλει, παροιμία. ταῖς ἀληθείαις

ἀληθείαις ἀνέκειτο γὰρ ὑπὸ Φειδίου ἐν τῇ ἀῖροπόλει. *cujus opinionem non sequar. Nam primum hic liber nusquam vocatur αἰ Ἀληθείαι, ubique δὲ περὶ Ἀληθείας, vel ὁ Ἀληθείας, sicut ipse HESYCHIUS alibi laudat: Ἄβιος. πλούσιος, ὡς Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας αἰ. Deinde ταῖς ἀληθείαις omnino capiendum pro re vera, ut bene cepit KUSTERUS. Similiter Scholiastes Aristophanis ad Vesp. vs. 1081. Γλαῦκα δὲ, τὴν Ἀθηνᾶν. Φασὶ δὲ, κατὰ τὸ ἀληθές γλαῦκα διακτᾶσθαι, τὴν νίκην τοῖς Ἀθηναίοις ἀπαγγέλλουσαν. Tradit ORIGENES *adv. Celsum* IV. p. 176. Antiphontem hoc libro *providentiam sustulisse: καὶ Ἀντιφῶν, ἄλλος ῥήτωρ νομιζόμενος εἶναι, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀναίρων ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις περὶ Ἀληθείας παρακλησίως τῇ Κέλσου ἐπιγραφῇ. Ad hanc ejus doctrinam referendum videtur fragmentum, quod extat apud SUIDAM: Ἀδέητος. ὁ μηδενὸς δεόμενος, καὶ πάντα ἔχων. Ἀντιφῶν ἐν αἰ Ἀληθείας Διὰ τοῦτο οὐδενὸς δεῖται, οὔτε προσδέχεται οὐδενός τι, ἀλλ' ἄπειρος, καὶ ἀδέητος. ubi pro ἄπειρος forte emendandum εὐπορος, quamvis vulgata lectio etiam explicari possit. Haec autem quin Antiphon *de Deo* dixerit, nihil est, quod dubitemus. Vidēs igitur, Epicurum hanc pestiferam doctrinam non per se invenisse, sed dudum ab Antiphonte inventam in philosophiam suam transtulisse. Vid. *DIOGEN. LAERT. X. 139.* et ibi *MENAGIUM.* Epicuri sententiam elegantissimis versibus explicat *LUCRETIVS II. 645-650.***

*Omnia enim per se Divina natura necesse est
Immortali aevio summa cum pace fruatur,
Semota a nostris rebus, sejunctaque longe.
Nam privata dolore omni, privata periculis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.*

Hanc observationem, a Celeb. ΡΥΗΝΚΕΝΙΟ mecum communicatam, nefas fuisset omittere. Fragmentis libri περι Ἀληθείας, quae apud varios Grammaticos reperiuntur, adde hoc ex *Lexico Sangerm. MS.* Ἀφροδίτης, ἀντὶ τοῦ Ἀφροδισίων. οὕτως Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας πρώτῳ.

II. Antiphon Tragicus, qui vixit apud Dionysium Senioreῃ, Siciliae Tyrannum, ejusque tragoediis reprehendendis perniciem sibi accessivit. Celebratur aculeatum ejus dictum, quo Dionysium graviter offendit. Nam quaerenti Dionysio, quodnam aes optimum esset, respondit, ex quo Athenienses Harmodii et Aristogitonis statuas conflasset. Vid. PLUTARCH. *de Adul. et Am. discr.* p. 68. A. *de Stoicor. repugn.* p. 1051. C. Haec PHILOSTRATUS PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS male referunt ad Antiphontem Rhamnusium, quos satis confutat diversa utriusque aetas. Ad hunc Tragicum etiam pertinet, quod narrat ARISTOTELIS *Rhet.* II. p. 76. Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδῶν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκάλοπτομένους ὡς ἦσαν. διὰ τῶν πυλῶν, τί ἐγκ. καλύπτεσθε, ἔφη· ἢ μὴ αὐριὸν τις ὑμᾶς ἴδη τούτων. Ex Antiphontis dramatis laudatur Ἀνδρομάχη ab *Auctore*

Auctore Ethic. Eudem. VIII. 4. Μελέαγρος ab ARISTOTELE *Rhet. II. p. 108.* Quibus IONSIUS et FABRICIUS male addunt Πλήξιππον. Nam ex ARISTOTELE *Rhet. II. p. 63.* apparet, *Plexippum* non drama fuisse, sed personam inductam in Μελέαγρω. De *Plexippo* singulari libello disputasse *Andrantum*, Grammaticum, docet ATHENAEUS L. XV. p. 673. F. Hinc Cel. Praeses emendabat POLLUCEM X. 63. pro ἐν Ἀντιφάνους Μελέαγρω legens ἐν Ἀντιφώντος Μελέαγρω cui eadem medicina adhibenda videbatur VII. 57. ubi Ἀντιφάνης ἐν Μηδεία laudatur. Forte Antiphontis Μηδεία non aliud drama fuit, quam Ἰάσων, quod, nusquam ab editis scriptoribus memoratum, citatur ab *Antiatticista MS. Διετίθουν, διετίθεσαν. Ἀντιφῶν Ἰάσονι.* Idem Grammaticus bis Antiphontis Ἀδωνιν laudat: Ἀκληρίαν. Ἀντιφῶν Ἀδώνιδι. ὁ αὐτὸς, Εὐκλήρωμα, ἀντὶ τοῦ κατόρθωμα. Et alio loco: Ἀνὰ μέσον. ἀντὶ τοῦ ἐν μέσῳ. Ἀντιφῶν Ἀδώνιδι. Sed alibi hanc fabulam Antiphani tribuit: Κατάλυσιν. καὶ τοῦτο ἐπαιτιῶνται. Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι. Sic incerti sumus, utrum ANTIPHON, an ANTIPHANES, *Adonidem* docuerit. Malim tamen hoc drama ad *Comicum*, quam ad *Tragicum*, referre, propterea quod alii etiam Comici, PLATO, ARAROS, PHILISCUS, idem argumentum tractarunt. Haec pluribus adstrui possent tum ex aliis scriptoribus, tum ex praeclaro illo *Antiatticista MS.* qui aliquando, ut speramus et optamus, in lucem vindicatus, veterum Dramatum rationi novum lumen affundet.

affundet. Perpetua vero est apud alios etiam scriptores *Antiphontis* et *Antiphani* confusio. Sic apud **STOBAEUM** *Serm. XXI. p. 176. et S. LIX. p. 382.* alii Codd. Ἀντιφάνους habent, alii Ἀντιφῶντος, notante **C. GESNERO**. Apud eundem *Serm. XXIV. p. 192.* similem varietatem e MSS. Parisinis adnotavit immortale Batavi nominis decus, **HUGO GROTIUS** in exemplari suo, quod servat Bibliotheca publica **Leidensis**. **SUIDAS**: Τρίτῳ καὶ τετάρτῳ ἔτει. ἀντι τοῦ πρὸ τριῶν καὶ τεσσάρων ἐτῶν. οὕτως Ἀντιφάνης. At **PHOTIUS** *Lexico MS.* Ἀντιφῶν. Haec nominum permutatio induxit **STEPH. BERGLERUM** ad *Aristoph. Nub. vs. 1419.* ut *Antiphontem* vocaret *Comicum*, qui *Tragicus* fuit: quamquam nec *Antiphonti Tragicō*, nec *Antiphani Comico* dictum illud a Scholiaste *l. c.* laudatum, γηροτροφία προσέοικε παιδοτροφία, tribuendum erat. Nam ad *Antiphontem* Oratorem diserte refertur a **CLEMENTE ALEX.** *Strom. VI. p. 748.* Hactenus de *Antiphonte Tragicō*.

III. *Antiphon*, Medicus, qui scripsit *σύνοψιν τῶν κατ' ἀνδρωπον*. **POLLUX** II. 224. Ἀντιφῶν δὲ (ἐπίπλου) ἀρσενικῶς καὶ οὐδετέρως λέγει ἐν τωυθα σύνοψις τῶν κατ' ἀνδρωπον. Hanc lectionem e Codice **Antwerpiensi** profert Vir Graece doctissimus, **JOACH. KUHNIUS**, e qua, licet corrupta, tamen evidens est, laudari *Antiphontis σύνοψιν τῶν κατ' ἀνδρωπον*. Quod autem **POLLUX** illius auctoritate utitur, inde colligi potest, scriptorem et elegantem
et

et vetustum fuisse. Alia quoque nobis in **POLLUCE**, quae ex hoc Antiphonte sumta sint, deprehendisse videmur. v. c. II. 41. τὸ δὲ ποιοῦν τὸ νόσημα, καροῦν Ἄντιφῶν Φησί. *ibid.* 215. τῷ κέντρῳ ἐξαιμάσσειν, καὶ ἔναιμον, καὶ ἔναιμῶδες παρὰ Ἄντιφῶντι. *ibid.* 223. καὶ Ἄντιφῶν δὲ εἶρηκεν ἐν ᾧ τὸ ἔμβρυον αὐξάνεται, τε καὶ τρέφεται, καλεῖται χορίον. Apud alios scriptores hujus Antiphontis nullam mentionem invenimus.

IV. Antiphon, Philosophus et Mathematicus, qui scripsit *de quadratura circuli*, et *de rerum natura*, laudatus **ARISTOTELI** *Sophist. Elenck.* I. 10. et *Phys.* I. 2. ejusque Interpretibus, **THEMISTIO**, **SIMPLICIO**, **PHILOPONO**, item **PLUTARCHO** *de Placit. Philosoph.* II. p. 901. **PROCLO** *in Platonis Timaeum* p. 4. **STOBAEO** *Ecl. Phys.* I. p. 55. 59. **EUSEBIO** *Praep. Evang.* XV. p. 838. 851. aliisque.

V. Antiphon, recentior, ut videtur, superioribus, qui scripsit *περὶ τοῦ βίου τῶν ἐπ' ἀρετῇ πρωτευσάντων*, laudatus **DIOGENI LAERTIO** VII. 3. et **PORPHYRIO** *de vita Pythag.* p. 9.

VI. Antiphon, scriptor libri *περὶ Γεωργικῶν*, quem unus citat **ATHENAEUS** L. XV. p. 650. E.

invidia partiumque studiis aestuantes, quos plurimos nactus erat, in hac etiam Academia, contra hiscere, aut *Hesychii* patrocinium suscipere auderent. *Bentleianam* deinde rationem in *Hesychio* tractando secuti sunt duo primarii aetatis nostrae viri, *Ludolphus Kusterus*, a quo in hanc orationem delapsi sumus, et is, cui maximi etiam Critici fasces submitunt, *Tiberius Hemsterhusius*, qui in summa, sed vegeta, senectute, a me rogatus, saepe desperatis *Hesychii* locis felicem medicinam fecit, et meum emendandi studium prudentissimis consiliis rexit. Haec strictim attingere nobis visum est, ut, quo in *Hesychio* emendando solertia maxime dirigenda sit, intelligant Critices studiosi. Sequitur, ut de Auctario Emendationum, quod operi accessit, quam potest fieri brevissime dicamus. Cum graves causae, quas supra commemoravimus, alterius voluminis editionem in permultos annos traherent, novae [iv] subinde observationes Cl. *Alberto* nascebantur, quibus veteres vel confirmaret, vel, ut sunt *δευτέραι φροντιδες σοφώτεραι*, refutaret, vel etiam loca, antea non tentata, egregie restitueret. Quae observationes omnes de exempli, quo uti solebat, margine sunt in illud Auctarium a nobis translatae. In eodem Auctario locum dedimus Castigationibus nostris, quas maximam partem aliud agentes in *Hesychii* marginem conjeceramus, habituris fortasse commendationis aliquid a nova, nec ante cognita observatione, quam, non alienum erit, hic paucis explicare.

explicare. Constans virorum doctorum fuit opinio, partim ex *Hesychii* Epistola ad Eulogium, partim ex aliis argumentis ducta, non esse *Hesychii* Lexicon, quod nunc superest, tale, quale olim ab ejus manu profectum sit, sed ab Epitomatoribus contractum esse et mutilatum, a librariis foedissime corruptum, a sciolis denique nullius pretii glossis interpolatum. Verum qualis *Hesychius* antea fuerit, conjectura facilius, quam rebus ipsis tenebatur, quod ne fragmentum quidem, nedum exemplar libri integrius, in Bibliothecis repertum est, vix qualicumque Codice, ex quo *Aldus Hesychium* protulit, communem bonorum librorum stragem evadente. Quo magis laetatus sum, hanc mihi felicitatem esse reservatam, si tamen ulla est in tali re felicitas, ut, quam diversus fuerit verus et integer *Hesychius* a contracto, lacerato, depravatoque, luce clarius demonstrare possem. Cum Parisiis studiorum causa versarer, inter alia Lexica antiqua necdum edita, quae Bibliotheca Sangermanensi continentur, descripsi *Lexicon Rhetoricum*, bonae frugis plenissimum, atque ad jus Atticum explicandum imprimis comparatum, cujus specimen dedit *Montfauconius Bibl. Coislin.* p. 491. *seqq.* Hoc Lexicon, decimo seculo in membrana scriptum, sive Codicis illius librarius, sive alius eo antiquior, passim interpolarat *Hesychii* glossis. At qualis *Hesychii*? Non truncati, mutilati, corrupti, quo nunc melioris desiderium levamus, sed integri, illibati, et omni labe carentis.

Interpolator vero Hesychianas glossas largius insererat literis A. B. Γ. parcius literis Δ. Ζ. Κ. Ξ. reliquas ne attingens quidem; cujus inconstantiae quae causa fuerit, nescio. Est hoc interpolatorum genus merito Criticis invisum, et plerumque accipi solet inclementius. Ego contra hominem propter hoc institutum amabam, dolebamque, manum ejus interpolatricem, quae initio tam liberalis fuisset, repente factam esse maligniorem. Nam si ad illum modum, quem instituerat, omnes literas interpolasset, magnam *Hesychii* partem ad pristinum nitorem et integritatem nobis revocare licuisset. Ex hac autem interpolatione quot quam uberes fructus ad *Hesychium* pervenerint, si quis cognoscere cupiat, Annotationes nostras legat ad v. Ἀσπράπη δι' ἀρμάτος. Αὐτοβοεΐ. Βαΐτυλος. Βάικχος. Βάλανοι. Βατῆρα. Βατία. Γαλαξία. Γαῦλοι. Γεῖσα. Γέρανος. Δεκατεύειν. Δημοτελῆ. Διονύσια, &c. Est tamen, ubi interpolator pauciora habeat, quam hodie in *Hesychio* nostro leguntur, sive exemplum suum illis caruerit, sive ipse, quod magis credo, nonnulla consulto omiserit. Certe veterum scriptorum auctoritatem hic illic ab eo, suspicor, esse sublatam; id quod plerisque locis idem fecit in *Lexico Rhetorico*, de quo diximus, magno et ipsius Lexici, et literarum detrimento. Hic praefationi modum statuere poteram. Sed commode in memoriam redeo sermonis cum Cl. *Alberto* habiti, cum dicebat, se alteri volumini praefandi argumentum ab ipsa *Hesychii* praefatione sumturum.

sumturum. Etenim exortus est vir longe eruditissimus, et in Graecis literis familiam ducens, qui, cum vidisset, *Hesychii* Lexicon non respondere Epistolae ad Eulogium, statueret, Lexicon, quod nunc habemus, non esse majoris operis Epitomen, sed sic de auctoris sui manu exiisse, Epistolam vero ad Eulogium ab impostore Graeculo, qui dotes libri, quisquiliis a se aucti, verbis exaggerandas, et mendaciis commendandas putaret, illiberali facinore esse confictam. Contra *Albertus* acutissimis viri excellentis amicique rationibus, quamvis etiam atque etiam a se perpensis, non movebatur, sed plura argumenta, quae receptam ab omnibus sententiam tuerentur, in [v] praefatione huic volumini praemittenda expromere in animo habebat. Quod consilium cum mors irritum fecerit, nos hic quoque ejus partes tanto libentius explebimus, quanto sumus instructiores paratiorisque a libris Mss. quibus facile dirimi controversia potest. Quanquam fortasse licet omni hujus rei disceptatione supersedere. Nam si verum est, quod rebus manifestis vicimus, *Hesychii* Lexicon ab Epitomatore contractum esse, magnam partem concidunt argutae de Epistolae ad Eulogium *νοθεία* suspiciones. Quippe Epistola respondet operi, non quale nunc est, sed quale tum, cum illa scribebatur, fuit. Sed quoniam omnia, quae ab Epistolae auctore dicta sunt, in fraudis suspicionem vocantur, digna res videtur, in qua excutienda diligentia nostra consumatur, praesertim cum per hanc occasionem
nobis

nobis liceat totam operis *Hesychiani* rationem aperire. Facile autem Vir humanissimus nos feret in re levi aliter sentientes, qui sensus nostros cum suis sciat in majoris momenti rebus optime congruere. Titulus Lexici hic est: Ἡσυχίου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως Συναγωγή πᾶσῶν λέξεων, κατὰ στοιχεῖον, ἐκ τῶν Ἀριστάρχου, καὶ Ἀπίωνος, καὶ Ἡλιοδώρου. Hunc titulum, Homericum potius Lexico, quam Hesychiano, convenire, facile largior. Nec illum *Hesychius*, nisi forte ineptissimum fingere velimus, in operis fronte ponere potuit. Cur enim *Aristarchum*, *Apionem* et *Heliodorum* potius commemorasset, quam *Didymum* et *Theonem*, ex quorum Lexicis Tragicis Comicisque eum profecisse, res ipsa loquitur, aut *Diogenianum* adeo, cui pleraque se debere fatetur? *Hesychius* simpliciter, ut puto, scripserat: Ἡσυχίου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως Συναγωγή πᾶσῶν λέξεων, κατὰ στοιχεῖον. quo fere modo omnia Lexica Mss. quae in Bibliothecis Parisinis evolvimus, inscribuntur. Grammaticorum illorum nomina ineptus librarius ex *Hesychii* praefatione, in qua eodem ordine junguntur, adjecit. Nusquam vero librarii licentius grassati sunt, quam in librorum titulis mutandis; quod multis exemplis demonstrare possemus, si locus pateretur. Jam singula, quae in *Hesychii* praefatione traduntur, diligenter persequamur, ut fraudis suspicionem inde removeamus. Primum igitur *Hesychius* ait, *Apionem*, et *Apollo-nium*, Archibii filium, solas Homericas glossas secundum

cundum literarum ordinem conguessisse. Quod de *Apollonio* dicit, in eo fidem illius satis confirmat ipsum istud *Apollonii Lexicon Homericum*, majori *Homeri*, nescias, an *Hesychii* bono superstes. Quae igitur causa est, cur, qui de *Apollonio* verum dixit, in *Apione* mendacii arguatur? An *Apollonio* Lexicon Homericum condere licuit, *Apioni* non licuit? At silent de hoc Lexico veteres, quamvis centies *Apionis* in *Homerum* Commentarios laudent. Fateor. Verum non haec silentii istius vis est, ut propter id solum *Hesychii* testimonium pro falso repudiari debeat. *Apionis Glossas Homericas*, ubi apud *Fabricium* *Bibl. Gr. Vol. VII. p. 50.* legeram, superesse in *Cod. Barocc. 119. Bibl. Bodlei* scripsi ad Virum juvandarum literarum studiosissimum, et de me multis nominibus bene meritum, *Henricum Gally*, ut illarum apographum primo quoque tempore ad me curaret. Delato ad me apographo, vidi, *Glossas* esse *Homericas* satis jejunas, ad literarum quidem ordinem digestas, sed *Apionis* nomen a recentiori manu Latinis literis adscriptum habere; ut nihil in his *Glossis* ad id, quod *Hesychius* dixit, confirmandum sit praesidii. *Apionis* auctoritate, pariter atque *Aristarchi*, *Heliodori*, et aliorum vetustorum Grammaticorum, frequentissime utitur *Apollonius* in *Lexico Homeric*o. Ex quo mihi probabile fit, errare *Suidam*, qui *Apionem* hujus *Apollonii* discipulum dicit, et diu ante *Apollonium* vixisse *Apionem*. Sed nolim extra septa, quod aiunt, evagari. Alio praefationis loco

loco *Hesychius* ita loqui videtur, quasi *Aristarchus* et *Heliodorus* etiam Lexica HomERICA edidissent: ὅτι τῶν Ἀριστάρχου, καὶ Ἀπίωνος, καὶ Ἡλιοδώρου λέξεων εὐπορήσας. Enimvero hic ne de *Apionis* quidem [vi] Lexico sermo est, nedum de *Aristarchi* et *Heliodori*. Nam λέξεις horum Grammaticorum sunt interpretationes verborum Homericorum, quas, ex commentariis in Poëtam decerptas, *Hesychius* intulit in Lexicon suum. Sed hic quaeritur, quae tandem illa sint, quae *Hesychius* dicat, se ex horum Grammaticorum libris in opus suum derivasse? Respondeo, glossas esse Homericas, non minimam partem Lexici Hesychiani. Qua in re ita versatus videtur *Hesychius*, ut, quod *Apollonium* in Lexico suo fecisse videmus, singulis *Homeri* vocibus diversorum Grammaticorum, maxime *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori*, interpretationes subjiceret, easque, inter se si discreparent, nomine auctorum distingueret. Verum inscitia Epitomatoris omnes omnium Grammaticorum explicationes, etiamsi inter se non congruerent, in unum conflavit, et Grammaticorum nomina, tanquam nihil magnopere ad rem pertinentia, plerisque locis delevit. Quam diversa fuerit *Hesychii* facies, antequam Epitomator foedas illi manus attulisset, in Auctario Emendationum demonstratum est. Quae tametsi nihil attinet repetere, duo tamen loca huc referamus, propterea quod in illis similiter Grammaticorum nomina sunt ab Epitomatore sublata. *Hesychius* contractus haec
habet:

habet: Βατῆρα. τὸ ἄκρον τοῦ σκάμματος τῶν πεντάθλων, ἀφ' οὗ ἄλλονται τὸ πρῶτον. Sed in integro *Hesychio* haec multis partibus pleniora et pulcriora legit *Lex. Rhet. MS.* interpolator: Βατήρ. τὸ ἄκρον τοῦ τῶν πενταέθλων σκάμματος, ἀφ' οὗ ἄλλονται τὸ πρῶτον. Σέλευκος. Σύμμαχος δὲ, τὸ μέσον, ἀφ' οὗ ἀλλόμενοι πάλιν ἐξάλλονται. ἄμεινον, ὡς Σέλευκος. σημαίνει δὲ καὶ τὸν τῆς Δύρας οὐδὸν, ὃν Ὅμηρος βηλόν, οἱ δὲ Τραγικοὶ βαλόν. Vides, tum alia resecta esse, tum Grammaticorum, *Seleuci* et *Symmachi* nomina. Alibi ita legitur in *Hesychio* nostro: Γνώθι σαυτόν. ἀπόφθεγμα Χείλωνος φασί. Quanto olim eruditius et integrius, ut ejusdem interpolatoris indicio discimus: Γνώθι σαυτόν. ἀπόφθεγμα. οἱ δὲ Χείλωνος φασίν. Ἑρμιππος δὲ Δελφῶν εὐνοῦχον φησὶν εἰρηκέναι τὸ Γνώθι σαυτόν, καὶ ἐν τῷ ναυῷ ἐπιγράψαι. Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Θεῶν, Θαλοῦ. Iterum, ne de aliis neglectis dicam, *Hermipri*, Historici, et *Chamaeleonis*, Grammatici, nomina sunt ejecta. Sed minus hac de re dubitet, qui *Apollonii Lexicon Homericum* cum *Hesychio* conferat. Nam *Apollonius* idem, quod *Hesychius*, institutum secutus, modo commemorat *Aristarchi*, modo *Apionis*, modo *Heliodori*, modo aliorum explicationes, si quid praecipui habeant, et a communi opinione recedant. Quae interpretationes prope omnes etiam in *Hesychio* reperiuntur, sed Grammaticorum nominibus omissis, non profecto *Hesychii* culpa, cui aliam rationem placuisse, ex praefatione liquet, sed ejus, qui maximum amplissimumque *Lexicon* in compendii

pendii angustias coëgit. *Hesychius*: Ἄβιοι. μὴ ἔχοντες τόξα. ἀπόλεμοι. οὐ βίαοι. οὐκ ἄδικοι. καὶ ὄνομα ἔθνους. Quo loco quin *Aristarchi* nomen omissum sit, vix dubitandum videtur. Nam ille unus, relicta aliorum Grammaticorum ratione, Ἄβιοι apud *Homerum Il. N. 6.* de gente capiebat. *Apollonius Lex. MS.* Ἀβίων.—ὁ μὲν Ἀρίστας ὡς ἔθνους οὕτως λεγομένου ἀκούει, καθὼς καὶ τοὺς γαλακτοφάγους τετάχθαι καὶ τοὺς δικαιοτάτους. δι' ὃ καὶ γράφει χωρὶς τοῦ τε συνδέσμου. Alibi *Hesychius*: Κερδαλέοφρων. ἐκ παντὸς κερδαίνει φρονῶν διὰ δόλου, κερδοῦς φρόνημα ἔχων, τουτέστιν ἀλώπεκος. Posterior interpretatio *Aristarcho* peculiaris fuit, ut credibile sit, *Hesychium* ejus nomen adjecisse. Sed relicta est ab Epitomatore interpretatio, auctoritas Critici sublata. Res clare patet ex *Apollonio*: Κερδαλέοφρων. ἐκ παντὸς κερδαίνει φρονῶν, δι' ὃ καὶ φιλοκτηανώτατον εἶπεν. ὁ δὲ Ἀρίστας, φρόνημα κερδοῦς ἔχων, ἦγουν ἀλώπεκος. Sic aliis locis non modo *Aristarchi*, sed etiam *Apionis* et *Heliodori* nomina ejecta esse, remanente illorum explicatione, ex eodem *Apollonio* demonstrari posset. *Lexicon MS. Sangermanense*, in quod nonnullae glossae ex *Hesychio*, sed illo integriore, migrarunt, ita habet: Ἀέσαι. ἐπιπολὺ κοιμηθῆναι. κατὰ σφίρησιν τοῦ ἔσαι, ὃ ἔστιν ὄρμησαι. ἢ, ὡς ὁ Ἀπίων, ἐπιπολὺ ἠσθῆναι. Cum his, age, ii] comparemus *Hesychium*: Ἀέσαι. ἀῆσαι. κοιμηθῆναι. κατὰ σφίρησιν τοῦ ἔασαι, ὃ ἔστιν ὄρμησαι. Duplex in una glossa peccatum, alterum librarii, alterum Epitomatis. Nam librarius, haesitans, ἀέσαι scriberet, an ἀῆσαι,

αἰῆσαι, utrumque posuit, et praeterea ἴσαι corruptit in εἰῆσαι. Epitomator, antiquum obtinens, *Apionis* explicationem cum ipso nomine abolevit: Nec tamen simplex fuit *Hesychii* calamitas. Nam quibus Grammaticorum nominibus Epitomator hic illic pepercit, ea sic accepit librarius, vix ut cognosci a sagacissimis Criticis queant. Juvat, quod diximus, aliquot claris et illustribus exemplis planum facere. *Hesychius*: Ἐτρέψεν. ἀπέτρέψεν, ἠπάτησεν, παρέτρέψεν. ΑΡΧΙΑΟΧΟΣ. Frustra interpretes *Archilochi* glossam crediderunt, quae *Homeri* est *Il.* Z. 61. Ὡς εἰπὼν ἔτρέψεν ἀδελφείου φρένας ἥρωσ. ubi *Hesychianae* explicationi similem habent Scholia minora: Ἐτρέψεν. παρέτρέψε, παρέπεισεν. Succedat igitur in *Archilochi* locum ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ, auctor interpretationis, quam *Hesychius* posuit. At enim *Archilochus* alibi etiam tanquam Criticus vel Grammaticus commemoratur. Ego quoque sic esse scio: sed idem affirmare audeo, talia loca vel vitiosa esse, vel alia ratione explicanda. Veniamus tanquam in rem praesentem. Scholiastes *Hesiodi* ad *Theogon.* vs. 991. ubi in textu est Νηπόλον νύχιον ποιήσατο, observat: ΑΡΧΙΑΟΧΟΣ δὲ γράφει, μύχιον. *Archilochi* mentio tametsi *Graevium* non offendit, mihi tamen persuasi, Scholiasten scripsisse ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ, cujus crisin aliis etiam locis laudat. Ejusdem Critici σημεῖα Ἡσιόδου laudantur ab *Orione Thebano Etymolog. MS.* Λακίδες, ἐπὶ σχίσματος ἱματίου, παρὰ τὸ λακεῖν καὶ ψοφεῖν ἡρέμα ἐν τῷ σχίζεσθαι. οὕτως

Ἄριστ'αρχος ἐν τοῖς σημείοις Ἡσιόδου. unde corrigere et locupletare licet Etymol. M. p. 555. 38. Alter locus, in quo *Archilochi* nomen laborat, est apud Scholiast. *Aristoph.* ad *Nub.* vs. 109. et *Suidam*, qui Scholiasten descripsit, v. Φασιανοί. οἱ δὲ περὶ ΑΡΧΙΑΟΧΟΝ, ὀρνίθων γένος. Hic non dicam *Archilochus*, sed ne *Interpretes* quidem *Archilochi* locum inveniant. Neque enim illorum erat dicere, quid φασιανοὶ apud *Aristophanem*, equosne, an aves, significant, sed *Aristarchi*, qui *Aristophanem* commentariis illustravit. Scribendum igitur: οἱ δὲ περὶ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΝ. Denique ad examinis subtilitatem revocemus Scholion Cod. Vossiani ad *Il.* I. 378. explicans vexatum illud, τιῷ δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ, quod protulit *L. C. Valckenaerius*, Graecarum literarum immortalis decus, *Diss. de Schol. in Homer. ined.* p. 97. Ἄλκαῖος μὲν ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐγκέφαλον ἤκουσεν.— Ἀρχίλοχος δὲ, τιμῶμαι αὐτὸν ἐν μισθοφόρου καὶ τοῦ τυχεροῦ στρατιώτου μοίρα. Λυσανίας δὲ ὁ Κυρηναῖος, καὶ Ἀριστοφάνης, καὶ Ἄριστ'αρχος, ἐν κηρὸς μοίρα φασὶ λέγειν τὸν Ποιητὴν, Δωρικῶς μεταβαλόντα τὸ η εἰς α. In hoc Scholio nullo modo licet *Archilochi* nomen in *Aristarchi* mutare. Quid ergo? An *Archilochus* ex hoc loco inter *Homeri* *Interpretes* referetur? Minime vero. Ipse contentus est ea gloria, ut, cujus carminis primus auctor fuerit, in eo perfectissimus judicetur: Grammatici laudem sibi non magnopere expetendam putat. Ne multa, rem sic intellige: Quemadmodum Scholiastes ex *Alcae*i imitatione (de qua vide *Hemsterhus.*

Hemsterhus. ad Aristoph. Plutum p. 7.) elicuit, quam ille in *Homero* lectionem probasset, sic etiam ex *Archilochi* quodam versu, quam ille Homericici loci interpretationem secutus esset, collegit. *Archilochi* versum conservavit Scholiastes *Platonis* ineditus, ad *Lachetem*, a nobis aliquando, si Deus vitae usuram dederit, in lucem vindicandus: Καῖρες δοκοῦσι πρῶτα μισθοφορῆσαι, ὄθεν καὶ εἰς πόλεμον αὐτοὺς πρᾶταίτην. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τοὺς μικροὺς στραβιώτας τινὲς Καρίωνας προσηγόρευον. καὶ τὸ παρ' Ὀμήρω δὲ ἐν καρὸς αἴση, ἐν τῷ τυχόνῃ τινὲς ἀκούουσι. Μέννηται δ' αὐτῆς Ἀρχίλοχος, λέγων. Καὶ δὴ Πίκουρος ὥστ' ἐ Καρ κελήσομαι. Sed ad propositum revertamur. *Hesychius* ex *Od.* P. 237. Ἀμφοῦδις. περὶ τὸ ἔδαφος. ὁ δὲ ΗΣΙΟΔΟΣ, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν εἰς τὸ οὐδαὶς ῥίπτων. Hic, qui animum attendere velit, nullum *Hesiodo* locum esse, facile sentiat. Justis ergo vindiciis, unde dejectus est, restituatur *Homeri* interpres, ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ. Sed non unus *Hesychii* locus est, in quo *Hesiodi* et [viii] *Heliodori* nomina sint confusa. Ecce! alterum: Ἀργεῖα. Πελοποννησία. λευκὴν δὲ ΗΣΙΟΔΟΣ. Explicatur Ἥρη Ἀργεῖα apud *Homerum*, quam ceteri Grammatici *Peloponnesiam* exponebant, *Heliodorus* candidam et pulchram: quam recte, non disputo in praesenti. Reponne igitur, ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ. Binis hisce locis *Heliodori* nomen ita latuit, ut facile effugere posset doctorum hominum acumen. Sed in eo, qui sequitur, patientiam illorum, ne dicam tarditatem, miror: Δίψιον Ἄργος. ΗΣΙΟΔΟΣ μὲν, τὸ ἀνδρᾶν. Ἀρίσταρχος

Ἄριστάρχος δὲ, τὸ πολυπόθητον. Vel *Aristarchi* mentio, ut alia taceam, ostendit, ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ legendum esse. Sic a librariis accepti sunt *Aristarchus* et *Heliodorus*. Nec melior sors fuit aliorum. Θύεσσαν. ποτὲν τὸ ἀπὸ ἀρωμάτων, ὡς ΗΡΟΔΟΤΟΣ. *Herodoti* locum sibi repertum negat *Albertus V. C.* Nec auctor sim aliis, ut illum quaerere instituant. Nam scribendum, ΗΡΩΔΙΑΝΟΣ. Quem *Grammaticum Hesychius* non solum in praef. laudat, sed etiam in v. Πισσοκωνία, ex eleganti *Cl. Alberti* conjectura. *Herodoti* vero et *Herodiani* nomina quoties commutata sint, praeclare docet *P. Wesseling. Diss. Herod. C. IV.* Alibi *Hesychius*: Καταχήνη.—ὑπὸ ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ καλαμαία ἐμφερὲς ζῶον &c. Lege, ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ. *Callistratus* in *Aristophanem*, ex quo glossa ducta est, commentarios scripsit. Item: Ταραντῖνοι. ἵππεῖς τινες ὀνομάζονται. οἱ δὲ, τοὺς ἀκοντιστὰς, ἢ τοὺς ψιλούς ἵππεῖς, ὡς καὶ ΙΠΠΑΡΧΟΣ. Forte quis legere malit, ὧν καὶ ἵππαρχος. Sed vide, an potius revocandus sit antiquus *Grammaticus*, ΤΙΜΑΡΧΟΣ, testis etiam adhibitus ab *Hesychio* v. Ἀμυσίς. Scripsit *Timarchus* *Commentarios in Homerum*. *Scholias* *Homeri* ineditus, quem ex *Codice Bibl. Regiae* descripsimus, ad *Iliad. Φ. 122.* Διονύσιος ὁ Θραῦξ, Τίμαρχος καὶ Ἀριστοτέλης, ἐνταυθοῖ ὁμοίως τῷ ἐνταῦθα περισπωμένως ἀνέγνωσαν. Item in *Euripidem*. Vid. *Scholias*. *Eurip. ad Med. vs. 1.* Scripsit praeterea περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ, cuius operis quartum librum laudat *Athenaeus XI. p. 501. F.* Ab hoc *Timarcho* diversus videtur *Timarchus*, *Apollonii Rhodii*,

Rhodia, Euphorionis et Eratosthenis aequalis, quem *Suidas* v. Ἀπολλώνιος commemorat. Vix enim est, ut credamus, hunc *Timarchum* aequalis scriptoris, Eratosthenis poema commentariis illustrasse. Τιμαρχος ὁ Ῥόδιος laudatur ab *Harpocrat.* v. Ἀργᾶς. Sed *Maussacus* recte emendavit Τιμαχίδαο ὁ Ῥόδιος, probante doctissimo *Kustero* ad *Suid.* v. Ἀργᾶς. Ex hactenus disputatis cogitur, non esse magnopere mirandum, si veteres Grammatici, quos *Hesychius* in praefatione se adhibuisse dicit, in ipso opere rarius commemorati inveniuntur, cum illorum nomina et Epitomatores et librarii certatim delerint, nec inde adeo peti argumentum ad praefationis fidem convellendam posse. Sed, fac, *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori* nomina nusquam in hoc Lexico comparere. Vel sic tamen verissimum erit, quod *Hesychius* praedicat, se multa ex horum Grammaticorum commentariis in Lexicon suum retulisse. Unde enim illae *Homeri* διτλογραφίαι, per totum opus sparsae, nisi ab his Criticis, manarunt? Modo *Aristarchi* lectionem positam videas, cum interpretatione huic lectioni accommodata, modo *Apionis*, modo *Heliodori*, modo aliorum. Tales lectionum varietates tametsi eruditi interpretes passim observarunt, nescio tamen, an plures aliorum solertiae reliquerint indagandas. Tres a nobis indicatae sunt ad v. Πτηξέ, Τυμβοχόης, Ὑπέριπε. quibus, non alienum fuerit, quinque alias hoc loco adjicere. Ἀήτη. πνοή, ἀναθυμιάσις. Glossa fluxit ex διτλογραφία *Il.* O. 626. ubi nostra exempla habent,

ἀνέμοιο

ἀνέμοιο δὲ δεινὸς αἴτης, sed Critici quidam antiqui legunt, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς αἴτη. Scholia inedita Bibl. Reg. quae paulo ante laudavimus: Γράφεται καὶ δεινὸς αἴτη, ὡς κλυτὸς Ἀμφιτρίτη· οὐ δεῖ γὰρ γράφειν αἴτης. Majoris momenti varietas haec est: Ἄν δοκάνας. δοκοὺς δέ. Quae profecta est ex *Od.* Ξ. 474. ubi in exemplis, quae nos quidem cognoverimus, legitur: Ἡμεῖς μὲν περὶ ἄστυ κατὰ ῥωπήϊα πυκινὰ, Ἀυθόνοικας καὶ ἔλος ὑπὸ τεύχεσι πεπληῆτες. Alio loco *Hesychius*: Βεβριδυῖαι. βαρεῖαι, ἰσχυραί. Haec glossa venit ex *Aristarchi* lectione *Il.* Δ. 282. ubi omnes libri [ix] habent:—πυκινὰ κίνυλο φαλαγγες Κυάουαι, σάκεσίν τε καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι. Sed *Aristarchus* scribebat βεβριδυῖαι. Scholia MS. Bibl. Reg. πεφρικυῖαι] αἰρωμένοι. καὶ, Ἐφριξε δὲ μάχη. βραχὺ δὲ διασφαλτέον εἰς τὸ σάκεσίν τε. δι' αὐτοῦ γὰρ ἦσαν μέλαινοι. ἐκ δὲ τῶν δοράτων, πεφρικυῖαι. Ἀρίσταρχος, βεβριδυῖαι. MS. male βεβρικυῖαι. *Aristarchi* lectionem *Hesychius* etiam secutus est in hac glossa: Ἐμπνύλο. ἀνεβίωσεν. quae fluxit ex *Il.* X. 475. Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνύλο. ut omnes habent editiones. Sed Scholia vetera, quae ex Cod. Vossiano prodidit Vir nobis amicissimus, *Valckenaerius*, docent, *Aristarchum* legisse ἔμπνύλο. Insignis denique est lectionis varietas, quam ultimo loco commemorabimus. *Hesychius*: Σφεδανῶν. φονεύων, ὀλλύς, κλείνων. τινὲς, ἐπρεσπευσμένον. ἄλλοι, σύνθετον εἶναι ἐκ τοῦ Σφὲ καὶ Δανῶν, ὃ ἐστὶ κλείνων. ἔστι δὲ ῥηματικόν. Hic *Daniel Heinsius* haerebat, quod, unde glossa sumta esset, ignorabat. Pertinet vero ad *Il.* Φ. 542.

ὃ δὲ

ὁ δὲ σφεδανὸν ἔφεπ' ἔγχει. ubi nonnulli Critici, nominatim *Aristarchus*, *Heliodorus*, *Apion*, in participio legerunt σφεδανῶν, quasi verbum compositum esset ex σφε̃ et δανῶω, Macedonibus, ut *Hesychius* testatur, usitato pro *occido*. Scholia MS. Bibl. Reg. Ἡρωδιανὸς (f. Ἡρόδωρος ex *Eustath.* p. 1250.) τὸ σφεδανῶν διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφει, ὡς σφεφανῶν. οὕτω καὶ Ἀρίστωρχος. προκατάρχειαι γὰρ τὸ σφεδανὸς, παρὸ ἐγένετο τὸ σφεδανῶ ῥῆμα. οὐ γὰρ παραγωγῆς ἔχεται, τῆς διὰ τοῦ ανω βαρυνομένης. Scholia MS. Cod. Voss. in Bibliotheca Leidensi: σφεδανὸν] Ἐπίρρημα ἀντὶ τοῦ σφεδανῶς, ἥτοι μετ' ἐπιτάσεως καὶ βίας. οἱ δὲ σφεδανῶν γράφουσιν, ἵνα ἢ μετοχῆς, ἀντὶ τοῦ κατεπείγων αὐτοῦς, ἢ τῷ θυμῷ ἐπαιρόμενος, ἢ φονῶν, ἀπὸ τῶ φόνος. Hoc *Homeri Variantium* ex *Hesychio* colligendarum studium etiam atque etiam commendamus futuro Poëtae editori. Nec illum poenitebit consilii nostri. Nam unus *Hesychius* scienter periteque tractatus, si non plures, certe meliores Variantes supeditabit, quam omnes omnium Bibliothecarum veteres membranae. Atque his omnibus planum factum esse arbitramur, *Hesychium*, quod in praefatione professus est, re ipsa praestitisse, id est, multa ex *Aristarcki*, *Apionis* et *Heliodori* libris in opus suum traduxisse. Sequitur, ut diligenter examinemus, an, quod idem de *Theone* et *Didymo* tradit, vero consentaneum videatur. *Theonem* et *Didymum*, ait, Comicas Tragicasque voces secundum literarum ordinem collegisse. Quaeritur, uter

horum Comicum Lexicon scripserit, uter Tragicum? Equidem utrumque Grammaticum et Comicum et Tragicum Lexicon condidisse putem. *Didymo* Tragicum Lexicon diserte tribuit *Harrocratior*: Ξηραλοιφεῖν ἐλέγετο χωρὶς λουτρῶν ἀλείφεισθαι, ὡς Δίδυμος ἐν εἰκοστῇ ὀγδόῃ Τραγικῆς Λέξεως. Ex eodem haustum est, quod legitur in *Lexico Sangerm. MS.* Ἀηδόνα. ἔστι μὲν ἡ ὄρνις. ἐκ μεταφορᾶς δὲ οἱ Τραγικοὶ τὴν γλωσσίδα τῶν βοῶν. (an αὐλῶν?) ἔστι δ' ὅπου καὶ τὸν αὐλόν. ἡ λέξις Διδύμου. Comici Lexici etsi nullus editorum scriptorum, quod sciam, mentionem facit, tamen hic etiam nobis licet attentatam *Hesychii* fidem sublevare. Nam Comicum illud Lexicon clare commemoratur in *Etymologico MS. Bibl. Regiae*: Καρύκη. ἔφημά τι δι' αἵμαλος καὶ ἀρτυμάτων πανθοίων. ὁ δὲ Δίδυμος Λύδιον βρώμα φησιν ἐκ πολυτελοῦς σκευασίας συγκείμενον. ἐγὼ δὲ οἶμαι καρύκην αὐτὸ λέγεσθαι, ἐπειδὴ μέλαν ἔστι. φησὶ γὰρ ἐν τῇ Κωμικῇ Λέξει, ὅτι ἔστι Καρύκιον καρυοβαφές. καὶ Κάρυος ῥόος, οἷον μέλανος ῥόος. οὐκοῦν ἐκ τούτου οἶμαι λέγεσθαι καρύκη. οὐκ οἶδα δὲ εἰ καλῶς. Ex quo restituas editum *Etymologicum*, foede mutilatum et corruptum, p. 492. 50. At dicet aliquis: sit *Didymus* auctor Lexici Comici et Tragici: dixerit verum *Hesychius*, quod attinet ad *Didymum*: certe, quod de *Theone* narrat, a vero alienum est. Quis enim unquam audivit, *Theonem* Lexici Comici vel Tragici esse auctorem? Enimvero quam fallax et lubricum argumentum sit, quod a scriptorum silentio ducatur, exemplo esse potest Lexicon Comicum, modo

modo a nobis *Didymo* vindicatum. Theocritum, ut hoc utar, ejusdem *Theonis* commentariis illustratum esse, quantum mihi constat, tradidit nemo. Nec tamen propterea fides neganda *Etymologico* inedito *Bibl. Regiae*: Γρίπος. παρὰ τὸ ἀγρεῖν, ὃ ἐστὶ παρακο-
λουθεῖν τῇ ἀγρᾷ. οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ Ὀρθογραφίᾳ. Θεόκριτος. Τοῖς δὲ μετὰ γριπεύς. γριπεύς γὰρ ὁ ἀλιεύς. καὶ γρίπος, τὸ ἀλιευτικὸν δίκτυον, οἷον ἀγριπον. ἀγρεῖν δὲ, τὸ λαμβάνειν. οὕτω Θεών ἐν Ὑπομνήσει Θεοκρίτου. [x]
Verum ipse *Hesychius*, cui, aequum erat, hac etiam in re sine exceptione credi, quod, quae de *Didymo* narrat, aliorum scriptorum consensu confirmantur; ipse, inquam, *Hesychius* nobis suppeditat, quo labantem ejus fidem fulciamus: Ἀγνώτες. Θεών οὕτω λέγεσθαι φησὶ τοὺς μετὰ τὸν τῆς Ἰλίου πλοῦν Φαληροῖ προσχόντας, καὶ ἀναιρεθέντας ὑπὸ Δημοφῶντος ταφῆναι. Idem alio loco: Σκίταλοι. ἀπὸ τῶν Ἀφροδισίων καὶ τῆς προυικίας τῆς νυκτερινῆς θεούς τινὰς ἐσχημάτισεν. Θεών δὲ φησὶ πεπλάσθαι τὸ ὄνομα. Utroque loco viri docti *Theonis* nomen e fuga retraxerunt. Horum autem locorum alter ex *Theonis* Lexico Tragico, alter ex ejusdem Lexico Comico sumtus videtur. *Theonis* Lexicon Comicum haud dubie laudat *Phrynichus de Dict. Att.* p. 166. Σαπρὰν, οἱ πολλοὶ ἀντὶ τοῦ αἰσχροῦ. Θεών φησὶ ὁ γραμματικὸς εὐρηκέναι παρὰ Φερεκράτει ληρῶν. ἀπανῆα γὰρ ἃ φέρει μαρτύρια, ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ καὶ σεσηπότος εὐρηῆαι κείμενα. Satis arbitror esse demonstratum, *Didymum* et *Theonem* duplex edidisse Lexicon, Tragicum et Comicum, atque adeo suam

Hesychio fidem constare. Sed major difficultas ex iis, quae *Hesychius* de *Diogeniano* narrat, movetur. Hunc, ait, variorum Grammaticorum Lexica, Homerica, Tragica, Comica, Lyrica, Rhetorica, Medica et Historica in unum conflasse: se vero totum *Diogeniani* opus in Lexicon suum transtulisse, additis vocibus, quae deficerent, et adjecta scriptorum auctoritate, sicubi illam *Diogenianus* omisisset. Quae narratio tanquam falsa arguitur primum ex *Suida*, qui nihil de tali *Diogeniani* Lexico, quale *Hesychius* jactat, referat, sed tantum de *Diogeniani* Epitome Lexici, quod *Zopyrion* inchoaverat, *Pamphilus* perfecerat. Poterat addi ejusdem *Diogeniani* Ἐπιτομή τῶν Ἰουσί-
του Ἑλληνικῶν, laudata in Scholio MS. *Gregor. Nazianz.* apud *Montfauc. Diar. Ital.* p. 214. Scholiastes *Homeri* MS. Lipsiensis ad *Il. E.* 576. laudat Διογενιανοῦ Ἐπιτομήν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων. ubi alterutra Epitomarum, quas diximus, intelligenda videtur. Sed hoc causae nostrae neque prodest, neque obest. Quid enim impedit, quo minus, qui ante nonnullorum Grammaticorum Lexica contraxisset, posthac ex omnium hujus generis libris universale quoddam Lexicon compilarit? Quanquam saepe animus tentatus est, ut putarem, de alio *Diogeniano* *Suidae* sermonem esse, de alio *Hesychio*. Fuerunt enim duo hujus nominis Grammatici, eodem *Suida* teste, alter *Heracleota*, alter *Cyzicenus*. Deinde *Hesychio*, narranti, omnis generis voces in magnum illud *Diogeniani* Lexicon esse congestas, objicitur auctoritas

auctoritas *Photii*, qui *Biblioth. Cod. CXLV.* et *CXLIX.* *Diogeniano* disertè tribuit poëticarum tantum vocum collectionem. At idem *Photius* in praefatione Lexici MS. civilis orationis vocabula a *Diogeniano* collecta dicit: Αἱ τῶν λέξεων πλείους, περὶ αἷς τὸ πολιτικὸν νέμεται ἔθνος, εἰς τὸ ὠφελέστατον τοῖς βουλομένοις προσέχειν Διογενιανῶ συνέλεγθαι. Hinc forte cavillator aliquis ansam arripiat veteratorie callideque eludendi *Photiani*, quo *Hesychius* premitur, testimonii. Sed cum nostrum sit, ingenue et simpliciter agere, lenissima emendatione *Photium* sibi consentientem efficiamus. Lege igitur: περὶ αἷς τὸ ποιητικὸν νέμεται ἔθνος. Verum quid frustra verba consumimus? Ne minima quidem inter *Hesychium* *Photium*que est dissensio. Recte *Hesychius* dixit, *Diogenianum* omnis generis voces collegisse, recte *Photius*, eundem Lexicon poëticum confecisse. Etenim ex *Hesychio*, id est, ex ipso *Diogeniano* satis constat, majorem a *Diogeniano* rationem habitam esse poëtarum, quam qui soluta oratione scripserunt. Retulit ille quidem ex Lexicis Rhetoricis quaedam Demosthenis, Aeschinis, et aliorum oratorum: ex Medicis, Hippocratis: ex Historicis, Thucydidis, Xenophontis, Theopompi. Sed haec pauca sunt, et nihil ad largissimam illam poëticorum vocabulorum copiam. Quo pauciora vero *Diogenianus* sumsit ex Lexicis Rhetoricis, Medicis, Historicis, eo plura in opus suum deduxit, Homeri ex Lexicis Homericis: Aeschyli, Sophoclis, Euripidis,

ex

ex Tragicis : Epicharmi, Aristophanis, Cratini, [xi] Menandri, ex Comicis : Pindari, Alcmanis, Alcaei, Anacreontis, ex Lyricis. Quibus omnibus vel ipse *Diogenianus*, vel postea *Hesychius* adjecit Aristophanis et aliorum Glossaria, ad Laconum, Cretensium, Tarentinorum, aliorumque populorum voces explicandas comparata. Cum igitur *Diogeniani* diligentia in poëtarum vocibus enarrandis potissimum versata sit, quis est, qui dubitet, recte ejus *Lexicon* a *Photio* ex multo majore parte, ut fieri solet, Poëticum *Lexicon* esse appellatum? Ita magnum *Diogeniani* Lexico praesidium Poëtarum studiosis paratum erat. Sed qui Oratores et Historicos intelligere, aut ingenium ad orationes et historias scribendas conferre cuperent, non adeo multa, quibus studium suum adjuvaretur, in illo reperiebant. Quae res impulit *Photium*, ut ipse *civilis orationis Lexicon* condere institueret. Cujus consilii rationem cum explicat in praefatione Lexici, loco quamvis mutilo, satis ostendit, se *Diogeniani* *Lexicon* omnibus omnium hujus generis libris, quibus poëticae voces explicarentur, praeferre : Αἱ τῶν λέξεων πλείους, περὶ ἃς τὸ ποιητικὸν νέμεται ἔθνος, εἰς τὸ ὠφελέστατον τοῖς βουλομένοις προσέχειν, Διογενιανῶ συνέλεγεσαν. εἰ γὰρ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἐπὶ νοῦν ἦκεν τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν πραγματείαν ἐνοσήσασθαι· ἀλλ' οὖν ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι οὐδεὶς τῶν προτέρων. . . . Hoc *Photii* de *Diogeniano* judicium plane congruit cum *Hesychiano*, ut nihil adeo caussae sit, cur *Hesychius* de *Diogeniano*

Diogeniano magnificentius, quam verius, dixisse existimetur. Sed in illo *Hesychii* de *Diogeniano* iudicio alius etiam locus est, cui satisfaciendum videtur: συλλήθην δὲ ὁ μὲν (Διογενιανὸς) οὐδεμίαν λέξιν, ὥστε ἡμᾶς εἰδέναι, παρέλιπε, οὔτε τῶν παλαιῶν, οὔτε τῶν ἐπ' ἐκείνου γεγενημένων. Quae verba in eam partem accipiuntur a viris eruditis, ut *Hesychius* dicat, nullum vocabulum, quantum sibi constet, a *Diogeniano* esse praetermissum, neque veterum scriptorum, neque aetatis suae. Quae si *Hesychii* mens fuit, profecto stupor ejus excusari nulla ratione potest. Nam paulo post ait, se multas voces, quae in *Diogeniano* frustra quaererentur, adjecisse. Verum *Hesychii* locus sic capiendus est, ut ex eo intelligatur, nullum Lexicon a *Diogeniano* esse praetermissum, vel veterum Grammaticorum, vel qui ejus aetate vixissent, ex quo ille non sumserit aliquid suo modo, et in opus deduxerit suum. Fefellit viros eruditos vox λέξις, quae hic non *vocabulum* significat, sed *Lexicon*, ut saepe apud Grammaticos. Ita paulo ante in Etymol. MS. vidimus Διδύμου Λέξιν Κωμικῆν. Sed tandem argumentum, quod ultimo loco reservavimus, proferamus, firmissimum illud gravissimumque, quo uno, si reliqua abessent omnia, *Hesychii* de *Diogeniano* narratio facile dubitatione omni liberetur. Quale, inquis, hoc est, et unde sumtum? Nempe per inductionem, quam Dialectici vocant, demonstrabimus, quicquid ab antiquis Grammaticis ex *Diogeniani* Lexico affertur, ad verbum reperiri in

in Lexico Hesychiano. Scholiastes *Platonis* ineditus, ad Ionem: Διογενιανὸς δὲ, Μαγνήτιν λίθου μὲν πλακᾶν λέγει τὴν ὄψιν, ὡς εἶη ἀργύρω ἐμφερῆς· τὴν δὲ Ἡρακλεῶτιν ἐπισπᾶσθαι τὸν σίδηρον. Accipe *Diogeniani* verba ex *Hesychio*: Μαγνήτις λίθος. αὐτὴ πλακᾶ τὴν ὄψιν, ἀργύρω ἐμφερῆς οὔσα· ἢ δὲ Ἡρακλεῶτις τὸν σίδηρον ἐπισπᾶται. Idem Scholiastes ad *Hipp. Maj.* Διανεκῆ. διαπανῆος. οὕτω καὶ Διογενιανός. Habet suo loco *Hesychius*. *Photius Lex. MS.* Ἄ α. ἐπὶ τοῦ μεγάλου. ἔστι δὲ καὶ σχετλιαστικὸν ἀναφώνημα. δασυνθὲν δὲ γέλῳα δηλοῖ, ὡς φησι Διογενιανός. Ne verbo quidem discrepat *Hesychius*. Ex quo loco illud etiam confirmatur, quod supra disputavimus, non diversum fuisse *Diogeniani* Lexicon, quod *Photius* in praefatione Lexici sui laudavit, ab illo, quod *Hesychius* cum pulvisculo exhausit. *Harpocraton*, et ex eo *Suidas*: Ἀεισῆώ. Ἀντιφῶν τὴν αἰδιότηλα, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν αὐτῶν αἰεὶ ἐσῆάναι, ὡσπερ καὶ Εὐεσῆώ ἢ εὐδαιμονία καλεῖται. ἢ λέξις παρὰ τῷ Διογενιανῷ, ἐν Ἀληθείας δευτέρῳ Ἀντιφῶνλος. *Hesychius*: Ἀεισῆώ. τὴν αἰώνιον οὐσίαν, αἰδιότηλα. Reliqua Epitomator *Hesychio*, ut sexcenta alia, detraxit. Ceterum hinc etiam apparet, scriptorum nomina non ubique a *Dioge-*
[xii] *niano* esse omissa. Quanquam nec *Hesychius* omnes ab eo auctoritates neglectas dicit, requirens tantum ejus in notandis auctorum nominibus librisque diligentiam in glossis iis, de quarum significatione ambigeretur. *Etymolog. M.* p. 216. 29. Βρύτλειν. ἐσθίειν. Διογενιανός. Glossa totidem verbis est

Est apud *Hesychium*. *Cyrillus Lexico MS.* Ὡς ἀημαί.
 ὡς πνεῦμα, ὡς ἄνεμον. ἀημαί γὰρ τὸ πνεόν, παρὰ Διογενια-
 νῶ. *Hesychius* : Ἀημαί. πνεῦμα, φύσημα. *Scholiastes*
Nicandri ad Theriac. p. 15. Διογενιανὸς δὲ Χλοάειν, κα-
 λῶς αὐξέσθαι καὶ βλασφάνειν. *Hesychius* : Χλοάσουσιν.
 βλασφάνουσιν, Alteram explicationem Epitomator
 sustulit. *Basilii Scholio MS. in Greg. Nazianz.*
 quod ad *Timaei Lex. Platon.* p. 91. protulimus:
 Ἔτνος. εἶδος ὄσπριου. οἱ μὲν, κύαμον· οἱ δὲ, τὸ καλούμενον
 πισσάριον· οἱ δὲ, ἔψημα ἀθηρῶδες. τοῦτο γὰρ δασυνόμενον
 σημαίνει ἀφ' οὗ καὶ ἀθήρα καὶ ἀθάρα. ἔνθεν καὶ ἐτνήρυσις
 παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει. Ἔτνος οὖν φησὶ τὸ ἐρείχθεν καὶ
 συγκοπέν καὶ ἔψηθεν ὄσπριον, ἀπὸ τοῦ ἐρείπω, τὸ σχίζω.
 οὕτω καὶ Διογενιανός. *Hesychius* : Ἔτνος. ἐρεγμός,
 ἔψημα ἀθηρῶδες. καὶ εἶδος ὄσπριου. *Eustathius ad Od.*
E. p. 1533. Διογενιανὸς Οἶακας λέγει, οἷς τὰ πηδάλια
 ἐπιστρέφουσιν, ἤγουν κανόνας καὶ κρίκους δι' ὧν ἰμάδες
 διείρονται. *Hesychius* : Οἶακες. πηδάλια, ἤτοι αὐχένια,
 καὶ οἱ ταῦτα ἐπιστρέφοντες κανόνες, καὶ κρίκοι, δι' ὧν οἱ
 ἰμάδες διείρονται. Haec omnia si claris argumentis
 signisque luceant, ut lucent certe, tamenne dubita-
 bimus, *Diogeniani Lexicon in Hesychianum esse*
translatum? tamenne *Hesychii de Diogeniano nar-*
rationem, et vero totam praefationem in fraudis
suspicionem adducemus? Unus, ne quid dissimu-
 lem, ex *Diogeniano* locus affertur, quem frustra
 quaeras in *Hesychio*. *Glossae Herodoti* : Εὐεσίω.
 εὐημερία, εὐετηρία, ἢ καλλίστη τῶν ἐτῶν διαγωγή.
 Διογενιανός ἄνευ τοῦ σ γράφει. Habet quidem vocem

ἀνέμοιο δὲ δεινὸς αἴτης, sed Critici quidam antiqui legunt, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς αἴτη. Scholia inedita Bibl. Reg. quae paulo ante laudavimus: Γράφεται καὶ δεινὸς αἴτη, ὡς κλυτὸς Ἀμφιτρίτη οὐ δεῖ γὰρ γράφειν αἴτης. Majoris momenti varietas haec est: Ἄν δοκάνας. δοκοὺς δέ. Quae profecta est ex *Od.* Ξ. 474. ubi in exemplis, quae nos quidem cognoverimus, legitur: Ἡμεῖς μὲν περὶ ἄστυ κατὰ ῥωπήϊα πυκναί, Ἀνδόναικας καὶ ἔλος ὑπὸ τεύχεσι πεπληῖτες. Alio loco *Hesychius*: Βεβριδυῖαι. βαρεῖαι, ἰσχυραί. Haec glossa venit ex *Aristarchi* lectione *Il.* Δ. 282. ubi omnes libri [ix] habent:—πυκιναὶ κίνυλο φαλαγγες Κυάουαι, σάκεσίν τε καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι. Sed *Aristarchus* scribebat βεβριδυῖαι. Scholia MS. Bibl. Reg. πεφρικυῖαι] ἠρδωμένοι. καὶ, Ἐφριξε δὲ μάχη. βραχὺ δὲ διασφαλτέον εἰς τὸ σάκεσίν τε. δι' αὐτοῦ γὰρ ἦσαν μέλαιναί. ἐκ δὲ τῶν δοράτων, πεφρικυῖαι. Ἀρίσταρχος, βεβριδυῖαι. MS. male βεβρικυῖαι. *Aristarchi* lectionem *Hesychius* etiam secutus est in hac glossa: Ἐμπνύλο. ἀνεβίωσεν. quae fluxit ex *Il.* X. 475. Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνύλο. ut omnes habent editiones. Sed Scholia vetera, quae ex Cod. Vossiano prodidit Vir nobis amicissimus, *Valckenaerius*, docent, *Aristarchum* legisse ἔμπνύλο. Insignis denique est lectionis varietas, quam ultimo loco commemorabimus. *Hesychius*: Σφεδανῶν. φονεύων, ὄλλυς, κλείνων. τινες, ἐπεσπρευσμένον. ἄλλοι, σύνθετον εἶναι ἐκ τοῦ Σφὲ καὶ Δανῶν, ὃ ἐστὶ κλείνων. ἐστὶ δὲ ῥηματικόν. Hic *Daniel Heinsius* haerebat, quod, unde glossa sumpta esset, ignorabat. Pertinet vero ad *Il.* Φ. 542.

antiquis in opus suum referret. Ex quibus omnibus illud etiam efficitur, *Hesychium* veram Lexici condendi rationem et viam tenuisse. Nec forte multum a vero aberraverit, qui hinc colligat, *Hesychium* non fuisse Christianum. Nam Christiani Grammatici non id egerunt, ut rariora vocabula veterum scriptorum testimoniis munirent, sed ut illa, tanquam inutilia additamenta, tollerent ac delerent; id quod non uno loco ad *Aristophanis Plutum* observavit *Hemsterhusius*. Haec habui, quae pro *Hesychii* ad Eulogium Epistola, et de ipsius Lexici *Hesychiani* ratione disputarem. Reliquum est, ut et Graecis literis novum, quod hac *Hesychii* editione capiunt, incrementum, et Belgis illustre sui in has literas studii, quod cum maxime produnt, monumentum gratulemur. Vix aliud seculum hoc nostro feracius fuit doctorum hominum, qui omnem curam, [xiii] operam, laborem ad Graecos scriptores illustrandos expoliendosque conferrent. Nec alia ulla hodie gens est, quae Belgis hac laude antecellat, ingenue illud fatente ac prae se ferente Critico Anglo, qui, nescias, utrum sit ingenio et doctrina excellentior, an humanitate, moderatione animi et candore amabilior, *Jeremia Marklando* in Dedicacione *Euripidis Supplicibus* praemissa. Ac poterunt jam Belgae hanc gloriam eo facilius tueri, quo majus praestabiliusque literis, quas colunt, praesidium nuper paravit Vir nobilissimus, idemque patriae suae et literarum decus, *Gerardus Meermannus*, aere suo redimenda, Bataviaeque inferenda

inferenda Jesuitarum Parisiensium Bibliotheca, qua
ingens vis librorum manu scriptorum, Graecorum
in primis, continetur. Quo pulcherrimo instrumento
ut laudandarum artium studiosi, in tanta praesertim
domini facilitate, strenue et diligenter utantur, etiam
atque etiam optamus. Vale. Dab. Leidae a. d.
VI. Aug. MDCCLXV.

DE FESTIS DIONSYIORUM

APUD

ATTICOS.

[Ex auctario emend. ad Hesych. l. 1000. 17.]

Διονύσια.] VIX alius Hesychii locus est, qui tot hominum eruditorum conjecturis vexatus sit, et tantam praeberit disputandi materiam. Nos insignem ejus varietatem e Lex. Rhet. MS. prodamus, et simul, occasione invitati, *Liberalium Atticorum* rationem, quam multi illustrare conati sunt, nemo recte illustravit, e tenebris in lucem revocemus. Lexicon igitur, quod diximus, MS. ita habet: Διονύσια. ἐορτὴ Ἀθήνησι Διονύσου. ἤγετο δὲ τὰ μὲν κατ' ἀγρούς, μηνὸς Ποσειδεῶνος· τὰ δὲ Ληναῖα, Γαμηλαιῶνος· τὰ δὲ ἐν αἴσῃ, Ἐλαφηβολιῶνος. Vera est, et ab ipso erudito Grammatico profecta scriptura, Ληναῖα· eamque restituendam esse divinarunt *D. Heinsius, Soringius, Salmasius*, alii. Altera Γαμηλαιῶνος qualis sit, mox videbimus. Unus ex omni antiquitate, quod sciam, Hesychius explicite et distincte docet, tria diversa fuisse Dionysia, et suum singulis tempus accurate assignat. Prima fuerunt

Hesychio fidem constare. Sed major difficultas ex iis, quae *Hesychius* de *Diogeniano* narrat, movetur. Hunc, ait, variorum Grammaticorum Lexica, Homerica, Tragica, Comica, Lyrica, Rhetorica, Medica et Historica in unum conflasse: se vero totum *Diogeniani* opus in Lexicon suum transtulisse, additis vocibus, quae deficerent, et adjecta scriptorum auctoritate, sicubi illam *Diogenianus* omisisset. Quae narratio tanquam falsa arguitur primum ex *Suida*, qui nihil de tali *Diogeniani* Lexico, quale *Hesychius* jactat, referat, sed tantum de *Diogeniani* Epitome Lexici, quod *Zopyrion* inchoaverat, *Pamphilus* perfecerat. Poterat addi ejusdem *Diogeniani* Ἐπιτομή τῶν Ἰουσί-νου Ἑλληνικῶν, laudata in Scholio MS. *Gregor. Nazianz.* apud *Montfauc. Diar. Ital.* p. 214. Scholiastes *Homeri* MS. Lipsiensis ad *Il.* E. 576. laudat Διογενιανοῦ Ἐπιτομήν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων. ubi alterutra Epitomarum, quas diximus, intelligenda videtur. Sed hoc causae nostrae neque prodest, neque obest. Quid enim impedit, quo minus, qui ante nonnullorum Grammaticorum Lexica contraxisset, posthac ex omnium hujus generis libris universale quoddam Lexicon compilarit? Quanquam saepe animus tentatus est, ut putarem, de alio *Diogeniano* *Suidae* sermonem esse, de alio *Hesychio*. Fuerunt enim duo hujus nominis Grammatici, eodem *Suida* teste, alter *Heracleota*, alter *Cyzicenus*. Deinde *Hesychio*, narranti, omnis generis voces in magnum illud *Diogeniani* Lexicon esse congestas, objicitur auctoritas

apud Stephan. Byz. v. Λήναιος. Λήναιος, ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τῆς ληνοῦ. Alter ad Comici *Acharn.* vs. 201. "Ἄξω κατ' ἀγροῦς Διονύσια.] Τὰ Λήναια λεγόμενα. ἐνθεν τὰ Λήναια, καὶ ὁ Ἐπιλήναιος (leg. ὁ Ἐπὶ Ληναίῳ) ἀγὼν τελεῖται τῷ Διονύσῳ. Λήναιον γὰρ ἔστι ἐν ἀγροῖς ἱερόν τοῦ Διονύσου. et vs. 503. τὸ δεύτερον ἐν ἀγροῖς, ὁ Ἐπὶ Ληναίῳ λεγόμενος. Verum horum Grammaticorum gravis et manifestus error est, in quem, nollem, secum traxissent bonarum literarum principes, Jos. Scaligerum *de Emend. Temp.* I. p. 29. et Is. Casaubonum ad Theophrast. *Char.* IV. p. 131. et *de Satyr. Poës.* I. 5. p. 160. Fluxit autem error, tot virorum doctorum libros deinceps pervagatus, ex male intellecto Aristophane. Comicus ille *Acharn.* vs. 201. "Ἄξω τὰ κατ' ἀγροῦς εἰσιὰν Διονύσια. vs. 251. Ἀγαγεῖν τυχηρῶς τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια. At idem ejusdem fabulae vs. 503. Αὐτοὶ γὰρ ἔσραεν, ὑπὲρ Ληναίῳ τ' ἀγῶν. et vs. 1153. 1154. "Ὅς γ' ἔραε τὸν ἑλήμοθα, Λήναια χρηγγῶν, ἀπέλυσ' ἀδειπνοῦ. Quis non credat, τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια, et Ληναῖα, ab Aristophane promiscue dici? Atque ita dici crediderunt non modo Apollodorus et Scholiastes Aristophanis, sed etiam Ez. Spanhemius ad *Argum. Ranar.* ut alios praeteream. Enimvero tantum abest, ut inde conficiatur, *ruralia Liberalia* et *Esicaea* idem festum fuisse, ut illi ipsi loci, accuratius excussi, discrimen, quod inter haec duo festa fuit, clarissime demonstrent. Scena hujus fabulae *Atheais* est: habentur comitia de maximi momenti rebus:

rebut : adsunt Acharnenses, in his Dicaeopolis, qui longi belli pertaesus, ceteris bellum praeferebant, pacem sibi soli a Lacedaemoniis comparat. Qua impetrata, gaudio exultans, Athenis avolat in pagum suum, Acharnam, ibique celebrat τὰ κατ' ἀγρούς Διονύσια, quae propria erant pagis. Vid. vs. 200. 251. et 265. Mox vero Athenas reversus, cum Atheniensibus *Lenaea* celebrat, eorumque mentionem facit vs. 503. Nam hoc drama *Lenaeis* editum esse, tum multa alia, tum vetus Didascalica, docent. Hanc Aristophanis interpretationem, nescio, an quasi per nebulas viderit Jo. Seldenus, vir longe doctissimus, ad *Marm. Oxon.* p. 169. Maneat igitur, quod non solum Hesychius, sed multo locupletior auctor, Theophrastus *Char. IV.* docet, a *Ληναίοις* diversa fuisse τὰ κατ' ἀγρούς Διονύσια. Porro Scholiastes Aristophanis errat etiam in eo, quod *Lenaeum* in agris ponit. *Lenaeum* fuit ambitus septus in urbe, complectens vetustissimum Bacchi Lenaei templum, propter quod deinde theatrum exstructum est, in quo scenica certamina committerentur. Hesychius ex Theonis vel Didymi Lexico Comico, quod Aristophan. *Acharn.* vs. 503. explicabat: Ἐπὶ Ληναίῳ ἀγῶν. ἔστιν ἐν τῷ ἀσπί. Λήναιον, περίβολον ἔχον μέγαν, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐπέτελλοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θεῖον οἰκοδομηθῆναι. Sic ille locus legendus est, quem pariter ac reliquos Hesychii locos, ad hoc argumentum pertinentes, nugatoriis

nugatoriis conjecturis corrupit S. Petitus ad *Legg. Att.* p. 114. Etymol. M. Ἐπὶ Ληναίῳ. περιουλός τις (περίβολός τις ex Suida corrigit Seldenus l. c.) μέγας Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἱερόν Διονύσου Ληναίου, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἦγον τοὺς σκηνικούς. Photius *Lex. MS.* Λήναιον. περίβολος μέγας Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἐπὶ ἀγῶνας ἦγον πρὸ τοῦ θεάτρου οἰκοδομηθῆναι, ὀνομαζόντες, Ἐπὶ Ληναίῳ. ἔστιν δὲ ἐν αὐτῷ καὶ ἱερόν Διονύσου Ληναίου. Emenda: ἐν ᾧ τοὺς ἀγῶνας ἦγον πρὸ τοῦ τὸ θεάτρον οἰκοδομηθῆναι. *Lex. Rhet. MS.* Λήναιον. ἱερόν Διονύσου, ἐφ' οὗ τοὺς ἀγῶνας ἐτίθεσαν πρὸ τοῦ τὸ θεάτρον οἰκοδομηθῆναι. Situm fuit *Lenaeum* prope arcem in ea Athenarum parte, quae Λίμναι vocabatur. Isaeus *de Ciron. hered.* p. 72. οἰκίας δ' ἐν ἄσφει δύο. τὴν μὲν μίαν, [col. a.] μισθοφοροῦσαν, παρὰ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσιον. ubi Harpocrat. v. Ἐν Λίμναις, legit παρὰ τὸν ἑ. Δ. Διόνυσον. Phanodemus apud Athen. X. p. 437. D. τῇ ἱερείᾳ ἀποφέρειν σφραγίδους, πρὸς τὸ ἐν Λίμναις τέμενος. Hesychius: Λιμνογενές. (*Bacchi* epitheton videtur) Λίμναι. ἐν Ἀθήναις τόπος ἀνεμμένος Διονύσω, ὅπου τὰ Λήναια ἦγετο. Anonymus auctor *argum. Or. Demosthen. in Mid.* καὶ τὰ μὲν μικρὰ (Διονύσια) ἦγετο κατ' ἔτος· τὰ δὲ μεγάλα, διὰ τριτηρίδος ἐν τοῖς ληνοῖς. ubi forte legendum, ἐν ταῖς Λίμναις. Sed satius est, suos imperito Graeculo errores relinquere. Alia vide apud Kuster. ad Suid. v. Ἐν Λίμναις. Olim populus in Lenaeo de tabulatis ludos spectabat. Sed postea, urbis splendore amplificato, theatrum in eo excitatum est. Hesychius v. Ἰκρικ——καὶ τὰ ξύλινα κατασφράγματα

in Lexico Hesychiano. Scholiastes *Platonis* ineditus, ad Ionem: Διογενιανὸς δὲ, Μαγνήτιν λίθον μὲν πλακᾶν λέγει τὴν ὄψιν, ὡς εἶη ἀργύρω ἐμφορῆς· τὴν δὲ Ἡρακλεῶτιν ἐπισπᾶσθαι τὸν σίδηρον. Accipe *Diogeniani* verba ex *Hesychio*: Μαγνήτις λίθος. αὐτὴ πλακᾶ τὴν ὄψιν, ἀργύρω ἐμφορῆς οὔσαι· ἡ δὲ Ἡρακλεῶτις τὸν σίδηρον ἐπισπᾶται. Idem Scholiastes ad *Hipp. Maj.* Διανεκῆ. διαπαντός. οὕτω καὶ Διογενιανός. Habet suo loco *Hesychius*. *Photius Lex. MS.* Ἄ ἄ. ἐπὶ τοῦ μεγάλου. ἔστι δὲ καὶ σχετλιαστικὸν ἀναφώνημα. δασυνθὲν δὲ γέλῳα δηλοῖ, ὡς φησι Διογενιανός. Ne verbo quidem discrepat *Hesychius*. Ex quo loco illud etiam confirmatur, quod supra disputavimus, non diversum fuisse *Diogeniani* Lexicon, quod *Photius* in praefatione Lexici sui laudavit, ab illo, quod *Hesychius* cum pulvisculo exhausit. *Harpocration*, et ex eo *Suidas*: Ἀεισῳ. Ἀντιφῶν τὴν αἰδιότητα, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν αὐτῶν αἰεὶ ἐσθᾶναι, ὡσπερ καὶ Εὐεσῳ ἢ εὐδαιμονία καλεῖται. ἡ λέξις παρὰ τῷ Διογενιανῷ, ἐν Ἀληθείας δευτέρῳ Ἀντιφῶντος. *Hesychius*: Ἀεισῳ. τὴν αἰώνιον οὐσίαν, αἰδιότητα. Reliqua Epitomator *Hesychio*, ut sexcenta alia, detraxit. Ceterum hinc etiam apparet, scriptorum nomina non ubique a *Diogeniano* esse omissa. Quanquam nec *Hesychius* omnes ab eo auctoritates neglectas dicit, requirens tantum ejus in notandis auctorum nominibus librisque diligentiam in glossis iis, de quarum significatione ambigeretur. *Etymolog. M.* p. 216. 29. Βρύττειν. ἐσθῆειν. Διογενιανός. Glossa totidem verbis est

Est apud *Hesychium*. *Cyrillus* Lexico MS. Ὡς ἀήμα· ὡς πνεῦμα, ὡς ἄνεμον. ἀήμα γὰρ τὸ πνέον, παρὰ Διογενιανῶ. *Hesychius* : Ἄημα· πνεῦμα, φύσημα. *Scholiastes Nicandri ad Theriac.* p. 15. Διογενιανὸς δὲ Χλοάειν, καλῶς αὐξέσθαι καὶ βλασφάνειν. *Hesychius* : Χλοάσουσιν· βλασφάνουσιν, Alteram explicationem Epitomator sustulit. *Basilii* Scholio MS. in *Greg. Nazianz.* quod ad *Timaei Lex. Platon.* p. 91. protulimus: Ἔτνος· εἶδος ὄσπριου. οἱ μὲν, κύαμον· οἱ δὲ, τὸ καλούμενον πισσάριον· οἱ δὲ, ἔψημα ἀθήρωνδες. τοῦτο γὰρ δασυνόμενον σημαίνει· ἀφ' οὗ καὶ ἀθήρα καὶ ἀθάρα· ἐνθεν καὶ ἐτήρησις παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει. Ἔτνος οὖν φησὶ τὸ ἐρείχθην καὶ συγκοπέν καὶ ἐψηθὲν ὄσπριον, ἀπὸ τοῦ ἐρείπω, τὸ σχίζω. οὕτω καὶ Διογενιανός. *Hesychius* : Ἔτνος· ἐρεγμός, ἔψημα ἀθήρωνδες· καὶ εἶδος ὄσπριου. *Eustathius* ad *Od.* E. p. 1533. Διογενιανὸς Οἰακας λέγει, οἷς τὰ πηδάλια ἐπιστρέφουσιν, ἤγουν κανόνας καὶ κρίκους δι' ὧν ἰμάδες διείρονται. *Hesychius* : Οἰακες· πηδάλια, ἧται αὐχένια, καὶ οἱ ταῦτα ἐπιστρέφοντες κανόνες, καὶ κρίκοι, δι' ὧν οἱ ἰμάδες διείρονται. Haec omnia si claris argumentis signisque luceant, ut lucent certe, tamenne dubitabimus, *Diogeniani* Lexicon in *Hesychianum* esse translatum? tamenne *Hesychii* de *Diogeniano* narrationem, et vero totam praefationem in fraudis suspicionem adducemus? Unus, ne quid dissimulem, ex *Diogeniano* locus affertur, quem frustra quaeras in *Hesychio*. *Glossae Herodoti* : Εὐεστώ· εὐημερία, εὐετηρία, ἢ καλλίστη τῶν ἐτῶν διαγωγή. Διογενιανός ἄνευ τοῦ σ γράφει. Habet quidem vocem

Hesychius, sed cum σ scriptam. Verum tantum abest, ut, in gravissima illa glossarum jactura, quam *Hesychius* fecit, unam desiderari mirer, ut potius mirari subeat, reliquas omnes, quas modo retuli, in eo comparere. Ut brevi complectar, rem sic intelligo: *Hesychius*, incertae aetatis Grammaticus, certe qui vixerit ante decimum seculum, ut ex Codice Lexici Rhetorici intelligi potest, *Hesychius* igitur cum Lexici locupletissimi, quod omnia vocabula peraeque explicaret, conficiendi consilium cepisset, aliorum Grammaticorum Lexica et Commentarios summa cura collegit, et in horreum illud suum congegit. Ipse fatetur, sibi ad manus fuisse *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori* libros ad hanc rem pertinentes. Nec dubitem, eum habuisse *Apollonii*, *Theonis* et *Didymi* libros, quos et ipsos in praefatione laudat. Sed in nullo Grammaticorum majus adjumentum reperit, quam in *Diogeniano*, qui eandem, quam ipsemet, rationem secutus, multorum Lexica, quanquam poëticas maxime voces explicantia, in unum conflat. Hujus igitur opus totum intulit in suum, adhibita tamen illa correctione, ut argumenta proverbiorum, quae *Diogenianus* omisisset, adderet, ut auctoritates ambiguum et rarorum vocabulorum, quas idem neglexisset, ex aliis Lexicis suppleret, ut voces *πολυσήμους* accurate distingueret, suo cuique significationi auctore adscripto, ut denique multa vocabula, quae in *Diogeniani* Lexico deessent, sive ex aliis Lexicis, sive ex ipsis scriptoribus antiquis

antiquis in opus suum referret. Ex quibus omnibus illud etiam efficitur, *Hesychium* veram Lexici condendi rationem et viam tenuisse. Nec forte multum a vero aberraverit, qui hinc colligat, *Hesychium* non fuisse Christianum. Nam Christiani Grammatici non id egerunt, ut rariora vocabula veterum scriptorum testimoniis munirent, sed ut illa, tanquam inutilia additamenta, tollerent ac delerent; id quod non uno loco ad *Aristophanis Plutum* observavit *Hemsterhusius*. Haec habui, quae pro *Hesychii* ad Eulogium Epistola, et de ipsius Lexici *Hesychiani* ratione disputarem. Reliquum est, ut et Graecis literis novum, quod hac *Hesychii* editione capiunt, incrementum, et Belgis illustre sui in has literas studii, quod cum maxime produnt, monumentum gratulemur. Vix aliud seculum hoc nostro feracius fuit doctorum hominum, qui omnem curam, [xiii] operam, laborem ad Graecos scriptores illustrandos expoliendosque conferrent. Nec alia ulla hodie gens est, quae Belgis hac laude antecellat, ingenue illud fatente ac prae se ferente Critico Anglo, qui, nescias, utrum sit ingenio et doctrina excellentior, an humanitate, moderatione animi et candore amabilior, *Jeremia Marklando* in Dedicacione *Euripidis Supplicibus* praemissa. Ac poterunt jam Belgae hanc gloriam eo facilius tueri, quo majus praestabiliusque literis, quas colunt, praesidium nuper paravit Vir nobilissimus, idemque patriae suae et literarum decus, *Gerardus Meermannus*, aere suo redimenda, Bataviaeque

28

PRAEFATIO.

inferenda Jesuitarum Parisiensium Bibliotheca, qua
ingens vis librorum manu scriptorum, Graecorum
inprimis, continetur. Quo pulcerrimo instrumento
ut laudandarum artium studiosi, in tanta praesertim
domini facilitate, strenue et diligenter utantur, etiam
atque etiam optamus. Vale. Dab. Leidæ a. d.
VI. Aug. MDCCLXV.

DE FESTIS DIONSYIORUM

APUD

ATTICOS.

[Ex auctario emend. ad Hesych. l. 1000. 17.]

Διονύσια.] VIX alius Hesychii locus est, qui tot hominum eruditorum conjecturis vexatus sit, et tantam praeberit disputandi materiam. Nos insignem ejus varietatem e Lex. Rhet. MS. prodamus, et simul, occasione invitati, *Liberalium Atticorum* rationem, quam multi illustrare conati sunt, nemo recte illustravit, e tenebris in lucem revocemus. Lexicon igitur, quod diximus, MS. ita habet: Διονύσια. ἐορτὴ Ἀθήνησι Διονύσου. ἤγετο δὲ τὰ μὲν κατ' ἀγρούς, μηνὸς Ποσειδεῶνος· τὰ δὲ Ληναῖα, Γαμηλαιῶνος· τὰ δὲ ἐν αἴσῃ, Ἐλαφηβολιῶνος. Vera est, et ab ipso erudito Grammatico profecta scriptura, Ληναῖα· eamque restituendam esse divinarunt *D. Heinsius*, *Sopringius*, *Salmasius*, alii. Altera Γαμηλαιῶνος qualis sit, mox videbimus. Unus ex omni antiquitate, quod sciam, Hesychius explicite et distincte docet, tria diversa fuisse Dionysia, et suum singulis tempus accurate assignat. Prima
 U * fuerunt

fuerunt τὰ κατ' ἀγρούς, mense Posideone celebrati solita, fortasse non diversa ab Ἀσκιωλίοις et Θεοίνιοις quae elegans est conjectura E.H. Corsini *Fast. Att.* T. II. p. 309. Nam haec festa Cornutus *de N. D.* 30. p. 218. et Harpocrat. v. Θεοίνιον scribunt, in [col. b.] Bacchi honorem κατὰ τὰς Ἀττικὰς κώμας vel κατὰ τοὺς δήμους esse celebrata. *Ruralium* tempus cum Hesychio in Posideone ponit Theophrast. *Char.* IV. nec obscure significat Liban. *Ep.* 1133. Καὶ μὴν ἦν δυσχεραίνεις παρ' ἐμοὶ τοῦ ἔτους ἴσραν, παρελήλυθε, καὶ νῦν οἱ βότρυες οἶνος, καὶ ὁ Διόνυσος πανταχοῦ, τῶν ἀγρῶν ἀδεταί, ὥστε ἀνεπέπνευκα τὴν γητοῦ φανέβης. De illorum festivitate vid. Isaacum *de Ciron. hered.* p. 170. et Plutarch. T. II. p. 1098. B. Secunda Dionysia fuerunt τὰ Ἀθηναῖα, mense Lenaeone, vel, qui idem mensis est, Anthesterione agitata. Tertia τὰ ἐν Ἄσκη, vel τὰ κατ' Ἄσκη, vel τὰ Ἀστικὰ, quorum solennitas in Elaphebolionem incidebat. Ultimum genus, cujus ratio satis expedita est a Jac. Palmério *Exerc. in Auct. Gr.* p. 617. et L. Kustero ad Aristoph. *Thesmoph. init.* leviter perstringemus. Adeat, qui plura cognoscere velit, scriptores laudatos a J. Tayloto V. C. ad *Argum. Or. Demosthen. in Midiam.* p. 170. De primo et secundo genere, quod maxime controversum est, diligentius disseremus. Magna exoritur dubitatio, sintne τὰ κατ' ἀγρούς Διονύσια eadem, quae Ἀθηναῖα, an diversa? Nullum inter illa discrimen statuunt Apollodorus in *Chronicis*, et Aristophanis Scholiastes. Alter ita

apud

apud Stephan. Byz. v. Λήναιος. Λήναιος, ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τῆς ληνοῦ. Alter ad Comici *Acharn.* vs. 201. "Ἄξω κατ' ἀγροῦς Διονύσια.] Τὰ Λήναια λεγόμενα. ἔνθεν τὰ Λήναια, καὶ ὁ Ἐπιλήναιος (leg. ὁ Ἐπὶ Ληναίῳ) ἀγὼν τελεῖται τῷ Διονύσῳ. Λήναιον γὰρ εἶπω ἐν ἀγροῖς ἱερόν τοῦ Διονύσου. et vs. 503. τὸ δεύτερον ἐν ἀγροῖς, ὁ Ἐπὶ Ληναίῳ λεγόμενος. Verum horum Grammaticorum gravis et manifestus error est, in quem, nollem, secum traxissent bonarum literarum principes, Jos. Scaligerum *de Emend. Temp.* I. p. 29. et Is. Casaubonum ad Theophrast. *Char.* IV. p. 131. et *de Satyr. Poës.* I. 5. p. 160. Fluxit autem error, tot virorum doctorum libros deinceps pervagatus, ex male intellecto Aristophane. Comicus ille *Acharn.* vs. 201. "Ἄξω τὰ κατ' ἀγροῦς εἰσιῶν Διονύσια. vs. 251. Ἀγαγεῖν τυχηρῶς τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια. At idem ejusdem fabulae vs. 503. Αὐτοὶ γὰρ εἶσαιεν, ὄπι Ληναίῳ τ' ἀγῶν. et vs. 1153. 1154. Ὅς γ' ἐπέ τὸν ἑλήμονα, Λήναια χρηγῶν, ἀπέλυσ' ἀδειπνοῦ. Quis non credat, τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια, et Ληναῖα, ab Aristophane promiscue dici? Atque ita diēi crediderunt non modo Apollodorus et Scholiastes Aristophanis, sed etiam Ez. Spanhemius ad *Argum. Ranar.* ut alios praeteream. Enimvero tantum abest, ut inde conficiatur, *ruralia Liberalia* et *Estivæa* idem festum fuisse, ut illi ipsi loci, accuratius excussi, discrimen, quod inter hæc duo festa fuit, clarissime demonstrent. Scēna hujus fabulae Atheis est: habentur comitia de maximi momenti rebus:

rebus: adsunt Acharnenses, in his Dicaeopolis, qui longi belli pertæsus, ceteris bellum praeferentibus, pacem sibimet soli, a Lacedaemoniis comparat. Qua impetrata, gaudio exultans, Athenis avolat in pagum suum, Acharnam, ibique celebrat τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια, quae propria erant pagis. Vid. vs. 200. 251. et 265. Mox vero Athenas reversus, cum Atheniensibus *Lenaea* celebrat, eorumque mentionem facit vs. 503. Nam hoc drama *Lenaeis* editum esse, tum multa alia, tum vetus Didascalia, docent. Hanc Aristophanis interpretationem, nescio, an quasi per nebulas viderit Jo. Seldenus, vir longe doctissimus, ad *Marm. Oxon.* p. 169. Maneat igitur, quod non solum Hesychius, sed multo locupletior auctor, Theophrastus *Char. IV.* docet, a *Ληναίοις* diversa fuisse τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια. Porro Scholiastes Aristophanis errat etiam in eo, quod *Lenaeum* in agris ponit. *Lenaeum* fuit ambitus septus in urbe, complectens vetustissimum Bacchi Lenaei templum, propter quod deinde theatrum exstructum est, in quo scenica certamina committerentur. Hesychius ex Theonis vel Didymi Lexico Comico, quod Aristophan. *Acharn.* vs. 503. explicabat: Ἐπὶ Ληναίῳ ἀγῶν. ἔστιν ἐν τῷ ἀσπί. Ληναίων, περίβολον ἔχον μέγαν, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερόν, ἐν ᾧ ἐπέτελλοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. Sic ille locus legendus est, quem pariter ac reliquos Hesychii locos, ad hoc argumentum pertinentes, nugatoriis

nugatoriis conjecturis corruptit S. Petitus ad *Legg. Att.* p. 114. Etymol. M. Ἐπὶ Ληναίῳ. περιβαλός τις (περίβολός τις ex Suida corrigit Seldenus l. c.) μέγας Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἱερὸν Διονύσου Ληναίου, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἦγον τοὺς σκηνικούς. Photius *Lex. MS.* Λήναιον. περίβολος μέγας Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἐπὶ ἀγῶνας ἦγον πρὸ τοῦ θεάτρου οἰκοδομηθῆναι, ὀνομαζόντες, Ἐπὶ Ληναίῳ. ἔστιν δὲ ἐν αὐτῷ καὶ ἱερὸν Διονύσου Ληναίου. Emenda: ἐν ᾧ τοὺς ἀγῶνας ἦγον πρὸ τοῦ τὸ θεάτρον οἰκοδομηθῆναι. *Lex. Rhet. MS.* Λήναιον. ἱερὸν Διονύσου, ἐφ' οὗ τοὺς ἀγῶνας ἐτίθεσαν πρὸ τοῦ τὸ θεάτρον οἰκοδομηθῆναι. Situm fuit *Lenaeum* prope arcem in ea Athenarum parte, quae Λίμναι vocabatur. Isaeus *de Ciron. hered.* p. 72. οἰκίας δ' ἐν ἀσφει δύο. τὴν μὲν μίαν, [cola.] μισθοφοροῦσαν, παρὰ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσιον. ubi Harpocrat. v. Ἐν Λίμναις, legit παρὰ τὸν ἑ. Λ. Διόνυσον. Phanodemus apud Athen. X. p. 437. D. τῇ ἱερείᾳ ἀποφέρειν σφραγίδους, πρὸς τὸ ἐν Λίμναις τέμενος. Hesychius: Λιμνογενές. (*Bacchi* epitheton videtur) Λίμναι. ἐν Ἀθήναις τόπος ἀνεμμένος Διονύσω, ὅπου τὰ Λήναια ἦγετο. Anonymus auctor *argum. Or. Demosthen. in Mid.* καὶ τὰ μὲν μικρὰ (Διονύσια) ἦγετο κατ' ἔτος· τὰ δὲ μεγάλα, διὰ τριτηρίδος ἐν τοῖς ληνοῖς. ubi forte legendum, ἐν ταῖς Λίμναις. Sed satius est, suos imperito Graeculo errores relinquere. Alia vide apud Kuster. ad Suid. v. Ἐν Λίμναις. Olim populus in Lenaeo de tabulatis ludos spectabat. Sed postea, urbis splendore amplificato, theatrum in eo excitatum est. Hesychius v. Ἰκρικ——καὶ τὰ ξύλινα κατασφράγματα

ταισὶν ἰσχυρῶς οὕτως ἐλέγοντο Ἀθηναίῳ, ἀφ' ὧν ἐθεώητο πρὸ
 τοῦτο ἐν Διονύσου θεάτρῳ γενέσθαι. ubi vid. *D. Heins.*
 τὸ ἐν Διονύσου θεάτρῳ etiam vocat *Plutarch. X. Orat.*
Vit. p. 841. C. ubi similiter praepositio ἐν de *vicinia*
 capienda est. Nam *Pausan. l. 20.* hoc theatrum
 juxta Bacchi templum collocat: templo adjungit
Ulpian. in Demosth. adv. Mid. p. 90. Agonem,
 qui in *Χύθροις* instituebatur, in hoc theatro habitum
 esse, certum est ex *Aristoph. Ran. vs. 221.* ubi vid.
Schol. Nihil ad hoc theatrum pertinet *Διονυσιακὸν*
θεάτρῳ ἐν Πειραιῇ neque ad tria Dionysia, de quibus
 disputamus, referenda sunt *Διονύσια ἐν Πειραιῇ*, quae
 huc trahit *Spanhemius*, multa turbans ad *Argum.*
Ranar. Certe non magis illa huc pertinent, quam
Διονύσια ἐν Βραυρῶνι, de quibus adeundi *Schol. Ari-*
stoph. ad Pac. vs. 874. et *Magnus Hemsterhusius* ad
Polluc. IX. 74. Sequitur, ut de tempore, quo
 Lenaea celebrata sint, dicamus. *Hesychius* eorum
 celebrationem in Lenaeone ponit, *Lex. Rhet. MS.*
 in Gamelione. *Lenaeonis* nomen postquam semel
 ad Iones transiit, et *Anthesterioni* locum fecit, rarius
 in Atticorum monumentis reperitur. Nec memini,
 me illud alibi, praeterquam apud *Aristidem T. I.*
p. 280. legisse. *Hesychius* vero Lenaeorum tem-
 pus signans, magis consentaneum existimavit, *Le-*
naeonem, qui a *Lenaeis* nomen invenisset, quam
Anthesterionem, appellare. Ac nescio, an haec
 nominis insolentia librarium *Lexici Rhet. MS.* mo-
 verit, ut *μηνὸς Ἀθηναίωνος* mutaret in *Γαμηλαιῶνος*, vel
Γαμηλιῶνος.

Γαμηλιῶνος. Sed undecunque haec lectio manarit, falsa est, et repudianda. Nam Lenaeorum solemnitatem in Lenaeonem vel Anthesterionem incidisse, magno consensu veteres tradunt. Hesychius : *Ληναίων· μῆν· οὐδένα τῶν μηνῶν Βοιωτοὶ οὕτω καλοῦσιν· εἰκάζει δὲ ὁ Πλούταρχος Βουκάτιον· καὶ γὰρ ψυχρὸς ἐστίν· ἔνιοι δὲ, τὸν Ἑρμαῖον, ὃς κατὰ τὸν Βουκάτιόν ἐστιν· καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν Ἀθηναίων ἐσθρὴν ἐν αὐτῷ ἀγούσιν.* Quem locum Hesychius ex veteri Grammatico enarrante Hesiodum *Ἔργ· καὶ Ἡμ· vs. 504,* qui sua hauserat ex Plutarchi deperdito in hoc poemata commentario. Res patet e Proclo : *Πλούταρχος οὐδὲ ἀφίησι μῆνα Ἀθηναῖον Βαιωτοὺς καλεῖν· ὑποτίθει δὲ ἢ τὸν Βουκάτιον αὐτὸν λέγειν, — ἢ τὸν Ἑρμαῖον.* Scribendum : *Πλούταρχος οὐδένα φησὶ μῆνα etc.* In Anthesterione hoc festum etiam collocat Philostratus *de vita Apollon. IV. 21.* ubi quos *Goth. Olearius* commisit errores, quamvis immanes, libenter praetermittimus. Accuratus Thucydides II. 15. solemnitatis tempus finit ipso die, qui est XII. Anthesterionis, commemorando. Cum Thucydide viri docti bene contulerunt Demosthen. *adv. Neaer. p. 591.* qui Bacchi in Limnis templum, narrat, tantam priscae religionis opinionem habuisse, ut non nisi semel quotannis Anthesterionis XII. aperiretur. At in hoc ipsum Lenaeorum tempus, et diem adeo, incidunt Anthesteria, vel *Πιθοίγια, Χόες, Χύθροι,* quae Anthesteriorum partes dicuntur ab Apollodoro apud Harpocrat. v. *Χόες,* et apud Schol.

Schol. Comici ad *Acharn.* vs. 960. Nam Πιθοίγια, teste Plutarcho *Sympos.* III. 7. undecimo Anthesterionis celebrabantur: Χόες duodecimo, ut tradunt Harpocrat. v. Χόες, et Hesych. v. Δωδεκάτη, non decimo, ut habet Schol. Aristophan. ad *Acharn.*... 960. bene castigatus a Jo. Meursio *Att. Lect.* IV. 13. Χύτροις ejusdem mensis decimus tertius dies consecratus erat, auctore Philochoro apud Harpocrat. v. Χύτροι, et apud Schol. Aristoph. ad *Acharn.* vs. 1075. Quid igitur? An *Anthesteria* eadem fuerunt, quae *Lenaea*, sive quae in *Limnis* agitabantur, sicut *Anthesterion* idem mensis fuit, qui *Lenaeon*? Ita visum est Scaligero, Casaubono, Seldeno, et D. Petavio ad Themist. *Or.* V. p. 410. quamvis nullo certo testimonio nixis. Nos rem ex uno Aristophane ita demonstramus, ut nullus dubitationi locus relinquatur. In *Acharnensibus* vs. 960. Lamachus sibi jubet impertiri tardos ad Choas, qui cum maxime celebrabantur: Εἰς τοὺς Χόας αὐτῶ μεταδῶναι τῶν πιχλῶν. cum quo versu jungendus vs. 1209. col. b.] Τοῖς Χούσι γὰρ τις ξυμβολαὶς ἐπράττετο. Praeterea vs. 1075. Boeotii sub illud ipsum Bacchi festum in Atticam incursionem fecisse dicuntur: Ὑπὸ τοὺς Χόας γὰρ καὶ Χύτρος αὐτοῖσι τις Ἠγλαίε λεηλαῖς ἐμβαλεῖν Βοιωτίους. Quid ex hoc temporis indicio cogi potest? Nempe fabulam editam esse in festo Χόων. At ex vs. 503. et 1153. in *Lenaeis* editam esse liquet. Est igitur luce clarius, Χόας partem esse Lenaeorum, *Lenaea* nihil differre ab *Anthesteriis*. *Ranas* Aristophanes

phanes docuit in iisdem Lenaeis, ut ex veteri Didascalìa discimus. At in ipso dramate vs. 217. seqq. fabula in Χύτρων festo aeta dicitur: Ἡ ἀμφὶ Νυσήϊου Διὸς Διόνυσον ἐν Λίμνασιν ἰαχῆσαιμεν, Ἰνιχὸς ὁ κραιπαλοκῶμος τοῖς ἱεροῖσι Χύτροισιν Χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος. ubi ἰαχῆσαιμεν intelligendum est *cantare solemus*. Ex hoc etiam loco efficitur id quod volumus, Lenaea comprehendere Χύτρος. Verum, si Χάας et Χύτροι partes sunt Lenaeorum, cur Aleiphron. II. 3. p. 230. Χάας a Lenaeis, cur Hippolochus apud Athen. IV. p. 130. E. Aelian. H. A. IV. 43. et Diog. Laërt. III. 56. Χύτρος a Lenaeis distinguunt? Nos, ubi veterum testimoniis destituimur, non poenitet hanc conjecturam sequi. Etsi Lenaea vel Anthesteria, tanquam genus, complectebantur tres formas, Πιθοίγια, Χάας, Χύτρος, tamen praeter illas, quarta etiam forma fuisse videtur, per eminentiam quandam dicta Ληναῖα, cujus solemnitati dicatus fuerit peculiaris dies, forte decimus aut decimus quartus Anthesterionis. Venit etiam in mentem, Πιθοίγια alio nomine Ληναῖα appellari potuisse, propterea quod primo Lenaeorum die agebantur. Quod si nobis duplices Χάας et Χύτρος, alios *in urbe*, alios *in agris* celebratos, fingere liceret, ut finxit Jac. Perizonius ad Aelian. V. H. II. 41. nihil haereremus. Sed veteres ignorant haec duplicia festa: in Diogene autem Laërt. IV. 8. quem Perizonius frustra tentat, et huic opinioni accommodat, pro τοῖς κατασχούσι παρὰ Διανυσίῳ, legendum est,

τοῖς κατ' ἔτος Χουσι̃ παρα̃ Διονυσίῳ. ut apud Alciphronem l. c. τῶν κατ' ἔτος Χοῶν. Si fides est antiquis *Hesiodi Interpretibus* l. c. et *Etymol. M.* p. 564. 12. *Lenaea* etiam dicta sunt Ἀμβροσία. Hactenus de *Lenacis*. Superest, ut controversiam de *Dionysiis* simpliciter dictis, quae inter viros doctos agitur, breviter dirimamus. Seldenus l. c. quoties *Dionysia* per se sola ponantur, intelligi vult *Lenaea* vel *Anthesteria*, ita tamen fluctuans propter locum *Diogen. Laërt. III. 58.* ubi Διονύσια absolute dicta a *Ληναίοις* diserte distinguuntur, ut aliquando etiam *urbana* et *τυρακία* intelligi posse dicat. Seldeni opinioni diceres favere *Ulpianum* in *Demosth. adv. Leptin.* p. 16. Τοῖς μεγάλοις Διονυσίοις Ἀνθίστηριωνος μηνός, πλείονος αὐτῷ γενομένης δαπάνης. Verum *Ulpianus* haud dubie vel scripsit, vel scribere voluit Ἐλαφηβολίωνος id quod etiam *Palmerio Exerc. in Auct. Gr.* p. 618. in mentem venit. Sic ille non de *Lenacis*, sed de *urbanis Dionysiis* agit, quae μεγάλα dici ioverat ex *Demosthene* suo *de Coron.* p. 488. Verissimum est, quoties *Attici* scriptores Διονύσια solum dicant, τὰ κατ' ἄστυ Διονύσια significari. Hoc ex *Theophrasto Char. IV.* ostendit *Is. Casaubonus* p. 131. non satis sibi constans ad *Athen. VI. 15.* Sed alia in promptu sunt testimonia non minus certa. Decretum a *Ctesiphonte* de *Demosthenis* honore factum apud *Demosthen.* *de Coron.* p. 515. καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανόν ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγωδοῖς καινοῖς. Atqui Διονύσια ἀστικά hoc decreto indicari,

dicari, liquidissime patet ex Aeschine *adv. Ctesiph.* p. 378. 421. et 424. *Nubes* Aristophanes, teste veteri Critico in Didascalia, docuit in *Dionysiis urbanis*. Atqui Aelian. *V. H.* II. 13. in eadem historia narranda simpliciter *Διονύσια* vocat: quod etiam vidit Spanhem. *ad init. Nub.* Maxim. Tyrius *Diss.* III. p. 29. καὶ διέλαχον αὐτοῖς ὥραι τὰς ἡδονας, ἧρος Διονύσια. Hic *veris* mentio ostendit, non alia, nisi *urbana Liberalia*, intelligi. Pollux etiam VIII. 89. 90. *Διονύσια* opponens *Ληναίους*, non alia indicare voluit, nisi *urbana*. Tenendum igitur, quod jure secuti sunt Hemsterhusius noster ad Lucian. *Timon.* p. 167. Corsin. *Fast. Att.* T. II. p. 528. et Taylor. ad Aeschin. *adv. Ctesiph. init.* *Διονύσια* simpliciter, vel per eminentiam dicta, esse *urbana et majora*. Sed forte quis dubitationem moveat ex Terentio *Heaut.* I. 1. 10. IV. 4. 11. *Dionysia* simpliciter dicente, ubi omnia in agris aguntur. *Daceria et Aeg.* Menagius in docto libello de *hac Terentii fabula* Gallice scripto p. 139. Sam. Petitum *l. c.* secuti, intelligunt *Dionysia ruralia*. Quod officere videtur modo disputatis. Sed mihi vix dubium est, quin Terentius pro τοῖς κατ' ἀγροῦς Διονυσίοις apud Menandrum, simpliciter posuerit *Dionysia*, ut Romanorum *Bacchanalibus* responderent. Satis constat, eum aliis quoque locis, neglecto Atticorum more, sermonem suum Romanae consuetudini accommodasse. RUHNKEN.

Schol. Comici ad *Acharn.* vs. 960. Nam Πιθοίγια, testē Plutarcho *Sympos.* III. 7. undecimo Anthesterionis celebrabantur: Χόες duodecimo, ut tradunt Harpocrat. v. Χόες, et Hesych. v. Δωδεκάτη, non decimo, ut habet Schol. Aristophan. ad *Acharn.*... 960. bene castigatus a Jo. Meursio *Att. Lect.* IV. 13. Χόροι ejusdem mensis decimus tertius dies consecratus erat, auctore Philochoro apud Harpocrat. v. Χόροι, et apud Schol. Aristoph. ad *Acharn.* vs. 1075. Quid igitur? An Anthesteria eadem fuerunt, quae Lenaea, sive quae in Lemnis agitabantur, sicut Anthesterion idem mensis fuit, qui Lenaeon? Ita visum est Scaligero, Casaubono, Seldeno, et D. Petavio ad Themist. Or. V. p. 410. quamvis nullo certo testimonio nixis. Nos rem ex uno Aristophane ita demonstramus, ut nullus dubitationi locus relinquatur. In *Acharnensibus* vs. 960. Lamachus sibi jubet impertiri tardos ad Choas, qui cum maxime celebrabantur: Εἰς τοὺς Χόας αὐτῶ μεταδοῦναι τῶν πιχλῶν. cum quo versu jungendus vs. 1209. [col. b.] Τοῖς Χούσι γὰρ τις ἔμβολαὶς ἐπράττετο. Praeterea vs. 1075. Boeotii sub illud ipsum Bacchi festum in Atticam incursionem fecisse dicuntur: Ὑπὸ τοὺς Χόας γὰρ καὶ Χύτρος αὐτοῖσι τις Ἠγύειλε ληστὰς ἐμβαλεῖν Βοιωτίους. Quid ex hoc temporis indicio cogi potest? Nempe fabulam editam esse in festo Χόων. At ex vs. 503. et 1153. in *Lenaeis* editam esse liquet. Est igitur luce clarius, Χόας partem esse Lenaeorum, Lenaea nihil differre ab Anthesteriis. *Ranas* Aristophanes

phanes docuit in iisdem Lenaeis, ut ex veteri Didascaliam discimus. At in ipso dramate vs. 217. seqq. fabula in Χύτρων festo aeta dicitur: Ἦν ἀμφὶ Νυσήϊον Διὸς Διόνυσον ἐν Λίμναϊσιν ἰαχῆσαιμεν, Ἦνιχ' ὁ κραιπαλοκῶμος τοῖς ἱεροῖσι Χύτροισιν Χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος. ubi ἰαχῆσαιμεν intelligendum est *cantare solemus*. Ex hoc etiam loco efficitur id quod volumus, Lenaea comprehendere Χύτρος. Verum, si Χάας et Χύτροι partes sunt Lenaeorum, cur Aleiphron. II. 3. p. 230. Χάας a Lenaeis, cur Hippolochus apud Athen. IV. p. 130. E. Aelian. H. A. IV. 43. et Diog. Laërt. III. 56. Χύτρος a Lenaeis distinguunt? Nos, ubi veterum testimoniis destituimur, non poenitet hanc conjecturam sequi. Etsi Lenaea vel Anthesteria, tanquam genus, complectebantur tres formas, Πιθοίγια, Χάας, Χύτρος, tamen praeter illas, quarta etiam forma fuisse videtur, per eminentiam quandam dicta Ληναῖα, cujus solemnitati dicatus fuerit peculiaris dies, forte decimus aut decimus quartus Anthesterionis. Venit etiam in mentem, Πιθοίγια alio nomine Ληναῖα appellari potuisse, propterea quod primo Lenaeorum die agebantur. Quod si nobis duplices Χάας et Χύτρος, alios *in urbe*, alios *in agris* celebratos, fingere liceret, ut finxit Jac. Perizonius ad Aelian. V. H. II. 41. nihil haereremus. Sed veteres ignorant haec duplicia festa: in Diogene autem Laërt. IV. 8. quem Perizonius frustra tentat, et huic opinioni accommodat, pro τοῖς κατασχοῦσι παρὰ Διενυσίῳ, legendum est,

τοῖς

τοῖς κατ' ἔτος Χουσι παραὶ Διονυσίῳ. ut apud Alciphronem l. c. τῶν κατ' ἔτος Χουῶν. Si fides est antiquis Hesiodi Interpretibus l. c. et Etymol. M. p. 564. 12. Lenaea etiam dicta sunt Ἀμβροσία. Hactenus de Lenacis. Superest, ut controversiam de Dionysiis simpliciter dictis, quae inter viros doctos agitur, breviter dirimamus. Seldenus l. c. quoties Dionysia per se sola ponantur, intelligi vult Lenaea vel Anthesteria, ita tamen fluctuans propter locum Diogen. Laërt. III. 58. ubi Διονύσια absolute dicta a Ληναίοις discrete distinguuntur, ut aliquando etiam ἡθηναία et τραγῳδία intelligi posse dicat. Seldeni opinioni diceres favere. Ulpianum in Demosth. αὐθ. Λεπτῆν. p. 16. τοῖς μεγάλοις Διονυσίοις Ἀνθεστηριῶνος μηνός, πλείονός τ' αὐτῷ γενομένης δαπάνης. Verum Ulpianus haud dubie vel scripsit, vel scribere voluit Ἐλαφηβολιῶνος id quod etiam Palmerio Exerc. in Auct. Gr. p. 618. in mentem venit. Sic ille non de Lenacis, sed de urbanis Dionysiis agit, quae μεγάλα dici ioverat ex Demosthene suo de Coron. p. 488. Verissimum est, quoties Attici scriptores Διονύσια solum dicant, τὰ κατ' ἄστυ Διονύσια significari. Hoc ex Theophrasto Char. IV. ostendit Is. Casaubonus p. 131. non satis sibi constans ad Athen. VI. 15. Sed alia in promptu sunt testimonia non minus certa. Decretum a Ctesiphonte de Demosthenis honore factum apud Demosthen. de Coron. p. 515. καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγωδοῖς καινοῖς. Atqui Διονύσια ἀστικά hoc decreto indicari,

dicari, liquidissime patet ex Aeschine *adv. Ctesiph.* p. 378. 421. et 424. *Nubes* Aristophanes, teste veteri Critico in Didascalía, docuit in *Dionysiis urbanis*. Atqui Aelian. *V. H.* II. 13. in eadem historia narranda simpliciter Διονύσια vocat: quod etiam vidit Spanhem. *ad init. Nub.* Maxim. Tyrius *Diss.* III. p. 29. καὶ διέλαχον αὐτοῖς ὄραι τὰς ἡδονας, ἥρος Διονύσια. Hic *veris* mentio ostendit, non alia, nisi *urbana Liberalia*, intelligi. Pollux etiam VIII. 89. 90. Διονύσια opponens *Ληναίοις*, non alia indicare voluit, nisi *urbana*. Tenendum igitur, quod jure secuti sunt Hemsterhusius noster ad Lucian. *Timon.* p. 167. Corsin. *Fast. Att.* T. II. p. 328. et Taylor. ad Aeschin. *adv. Ctesiph. init.* Διονύσια simpliciter, vel per eminentiam dicta, esse *urbana et majora*. Sed forte quis dubitationem moveat ex Terentio *Heaut.* I. 1. 10. IV. 4. 11. *Dionysia* simpliciter dicente, ubi omnia in agris aguntur. *Daceria et Aeg.* Menagius in docto libello de *hac Terentii fabula* Gallice scripto p. 139. Sam. Petitum *l. c.* secuti, intelligunt *Dionysia ruralia*. Quod officere videtur modo disputatis. Sed mihi vix dubium est, quin Terentius pro τοῖς κατ' ἀγροῦς Διονυσίοις apud Menandrum, simpliciter posuerit *Dionysia*, ut Romanorum *Bacchanalibus* responderent. Satis constat, eum aliis quoque locis, neglecto Atticorum more, sermonem suum Romanae consuetudini accommodasse. RUHNKEN.



[FRAGMENTA RUHNKENIANA

in addendis et corrigendis, quae tomo quarto Virgilii
sui subjecit doctissimus Heynius, passim disjecta.]*

P. 6. col. 2. l. 3. **SERVOS** cum dominis pacisci [211]
solitos de libertate pretio certo redimenda, idque
pretium eos e peculio solvise, docuit etiam Lipsius
ad Tac. Annal. XIV. 42. quem locum subministra-
vit mihi Ruhnkenius, addito Burman. *ad Petron.*
75. et ad Ovid. Amor. I. 8. 63.

P. 10. v. 54. *a limite* esse ab ea parte, qua vici-
nus est limes, jam Oudendorpium docuisse *ad Sueton.*
Aug. 91. Ruhnkenius mihi indicavit.

P. 19. not. ad v. 29. *Melius cervos*, quod bene [212]
me monuit Ruhnkenius.

P. 43. not. v. 24. Ruhnkenius malebat jungere [216]
herba veneni, pro venenata. Illustravit hunc geni-
tivum pro adjectivo positum Oudendorp. *ad Sueton.*
Aug. 94. p. 329.

* Ed. pr. Lips. 1767—1775.

[217] P. 48. ad v. 60. Verum sensum, quem exposui, versus jam vidisse Pomponium Sabinum, monuit me Ruhnkenius.

[224] P. 99. ad v. 58. Monuit me etiam hic amicissimus Ruhnkenius, *ἀκρας ἠδὲ κούρας* ab Oudendorpio ad Sueton. p. 1023. esse illustratas,—

Ad Georgica.

[226] P. 129. v. 59. Male adhaesi ad *palmas Eliadum equarum*, ut recte me monuit Ruhnkenius. Nam *palmae* dictae sunt pro iis, qui palmam et victoriam obtinent: ita *Aen. V. 339.* ubi vide, et *Drakenb. ad Silium XVI. 504.*

[227] P. 173. nota ad v. 361 et 362. delenda est.— Emendavit jam in Arato, quod commode me monuit Ruhnkenius, Heringa in *Obs.* c. 24. [p. 202] *ἢ ἄλλῃ δία.*

[228] P. 176. ad v. 361. Virgillum non aliter accepisse *πυκνὰ* in Arato arbitrabatur Ruhnkenius, quam ut *densis* esset *πυκνῶς*, *dense*, *crebro*. Sic Ovid. *Trist. III. 4. 21.* *ut tutas agitavit Daedalus alas*, h. e. *tuto*. Val. Flacc. VI. 229: *densa spargens hastilia*, h. e. *dense*,—

[229] P. 223. not. ad 214—216. Non erat, cur hic fluctuarem, quod Ruhnkenius quoque me monuit. Posterior ratio haud dubie vera. Centies sic Graeci

φημι

φημι οὐ, et Latini nego, tribuunt rebus vitā carentibus.

P. 268. v. 500. *Volentia rura* e graecismo exponit [230] Toupius V. Cl. *Emend. in Suid. T. II. p. 49. [l. 285. ed. Oxon.]* quod Ruhnkenius me monuit: commemorat enim ex Xenophonte ἡ γῆ θέλουσα—διδάσκει.

P. 302. ad III. 193. *Cursibus auras vocare*, [231] volebam a navigatione vel volatu esse traductum. Vento tamen ad currendum opus non est. Recte vellit aurem Ruhnkenius, praestare alteram interpretationem, ut sit *provocare*. Dicuntur enim equi contendere cum vento. Et v. c. in Callim. in *Del.* 112. τί νῦν ἀνέμοισιν ἐρίζεις;

P. 374. ad v. 209. *Fortuna domus*. Admonuit me Ruhnkenius, vim omnem et elegantiam hujus dictionis me non satis exposuisse; scilicet *Fortuna domus*, ut in numis *Fortuna Augusti*, vel *Augustorum*, proprio aliquo ac solenni modo de statu et conditione gentis dicitur, quae ei quasi fatali aliqua necessitate assignata est. Exempla vide in Sueton. *Aug.* 65. ubi haud dubie *Fortuna domus* cum *Oudendorpio* legendum, et Stat. *Silv. V, 2, 76.* et ibi Markl.

Ad Æneada.

T. II. p. 232. Ruhnkenius meus significavit [235] mihi, se in hac de Pisandro digressionē a me dissentire: Suidae fidem habendam esse nullam: incidisse eum in duo diversos Grammaticos, alterum doctum,

alterum indoctum, qui ὁμωνυμία turpiter deceptus recentiori Pisandro assignaverit, quae veteri tribuere deberet. “Sic,” pergit, “a Suida Lexicon illud compilatum esse, sexcentis locis apparet. Uno ut exemplo defungar, vide v. Θεαίτητος, ubi priore articulo Theaetetum Atheniensem fuisse dicit et Socratis discipulum, posteriore Heracleensem et Platonis discipulum.” * * *

[236] * * * “At, inquis, nunquam antiquioris poetae carmen recentiori tributum est. Ne hoc quidem universe verum. Carmen pervetustum, Κήυκος γάμον, Grammatici quidam ad recentiorem poetam retulerunt. At Athenaeus *lib. II. p. 49. B.* vindicat antiquissimo poetae Hesiodo. Edidit Fabricius *Bibl. Gr. Vol. VIII. p. 415.* carmen bene longum *περὶ καταρχῶν* sub *Maximi* nomine; enimvero aut ego nullum poeseos Graecae sensum habeo, aut hoc carmen scriptum est a poeta Alexandrino, Callimachi et Apollonii Rhodii aequali.”

* * * * * sunt alia, in quibus monitus concedo viro praestantissimo lubentissime. Primum malueram Ἡραικάς θεογαμίας legere quam Ἡρωικάς — Recte tamen urget Ruhnkenius, inauditam Graecis formam esse Ἡραικός, et ab Ἡρα formari Ἡραῖος tum si carmen de Junonis nuptiis egisset, ineptum fuisset addere nomen Θεός. Nam ex *Junonis* nomine, satis colligitur, *deae* nuptias celebrari. Verum, inquit, non egit de Junonis nuptiis; tantum ab iis *incepit*, ut Macrobius ait. Quid igitur
poeta

poeta hoc carmine tractavit? Nempe Ἡρωϊκὰς θεογαμίας, id est, *heroum nuptias cum deabus*, sicut Hesiodus, quem sibi imitandum sumserat, γυναῖκων κατάλογον scripsit, i. e. *catalogum mulierum mortalium*, quæ nupserant diis. * * *

Porro vir doctissimus bene monet, ea, quæ ab [237] Scholiasta Apollonii Rhodii afferuntur, vix ex Laran-
densi petita esse posse, cum is scriptor recentissimus fuerit;—in Indice autem eorum scriptorum, quorum testimonia in Scholiis Apollonii afferuntur, nullum, occurrere, qui non Augusti et Tiberii aetate superior sit:—si *ad lib. II. 329*. Lucianus laudatur, eum ab interpolatore intrusum videri.

P. 234. l. 17. Eratophenis locum e Phavorini Lexico emendandum esse ὡς ἐνδοξόν πεποικηκῶς ἔργον docuit me idem Ruhnkenius; idque jam vidisse eruditum juvenem Koppiersium *Obs. Philol. p. 110*.

P. 235. l. 8. “Etymologi locum paullo festinantius inspexisti. Is non laudat Pisandrum, ut vulgarem notionem verbi κεράσαι firmet, sed ut doceat, veteres κερατι ἀντὶ προχόου usos esse, quod rarum et notatu dignum. Atque hic irascor academicis istis occupationibus, quæ tibi justum meditandi tempus eriperunt. Quod si habuisses, pro sagacitate tua facile vidisses, Πίνδαρος legendum esse, non Πείσανδρος. Ecce tibi Pindari locum, quo Etymologi glossa pertinet, apud Athenaeum XI. p. 476.

scripserit ἐπιβὰς, nescio. Sed hoc scio, ἐπιπρόβη-
 τα, quod a Te reponitur, Graecis inauditum esse.
 Omnino nullum certius falsae correctionis argu-
 mentum est, quam si quid scriptori inferatur, quod
 a linguae ratione abhorreat.

Vale, Vir eruditissime, et meum in nonnullis dis-
 sensum in meliorem partem accipe. Dab. Leidaë
 a. d. 5. Maii. 1776.

[Quae sane Literae cum editis *Vaassenii* dictis
 contendere merentur a p. 399 et seq. (36) *Onomas-
 tici Literarii*. PARS V. Traj. Rhen. 1785. 8 maj.
Saxius in Onom. VIII. pp. 40—43.]

CLARISSIMO ATQUE ERUDITISSIMO VIRO,

JACOBO VAN VAASSEN

DAVID RUHNKENIUS S. P. D.

CUM literae Tuae, eruditionis et humanitatis [40]
plenissimae, ad me perferebantur, Academicis
occupationibus et curis domesticis ita distinebar, ut
responsio necessario in aliud tempus a talibus nego-
tiis vacuum differenda videretur. Aliquanto post
feriae paschales respondendi facultatem dederunt.
Sed ecce! id me agentem aliae a Te literae oppri-
munt, acerbam lectissimae uxoris mortem nunciantes.
Rursus igitur scribendi officium distuli, ne, tam
alieno tempore Tecum de communibus literis dispu-
tans, Tibi ineptus viderer. Nunc vero, cum et
ipse aliquid otii nactus sim, et Te liberiore animo
esse sperem, ad singula epistolae Tuae capita,
quod dudum faciendum fuerat, rescribam. Quan-
quam mihi ipse displicio in eo, quod, in hac prima
notitia nostra, mihi necesse est, in alia omnia ire,
et conjecturas Tuas convellere. Putas, vir doctissi-
me, parabolam apud *Plutarchum* tribus locis ita
Y refingendam

refingendam esse: ἐκείνης μὲν (scil. λεγούσης) ἀσχολίαν καὶ κόπον ἔχούσης πολὺν αὐτὴν δὲ, παρέχουσιν μετὰ σχολῆς &c. At pace Tua dixisse liceat haec barbara aut soloeca oratio est, qualis non dicam a *Plutarcho*, sed ne a *Graeculo* quidem Seculi XII. proficisci potuit. Nam syntaxis Graeca postulat ἔχειν et παρέχειν, ἢ ἔχούσης et παρέχουσιν: Sed pergis ita, ut dicas, festum diem otio, profestum labori dicatum fuisse. Hic, quid Te in errorem induxerit, video. Diem profestum ἀκριβῶς et proprie sumsisti, qui populari ratione intelligendus erat. Est quidem dies, qui festum excipit, si proprie et vere loqui velimus, profestus, sed idem ex populi opinione et voluntate, quam *Themistocles* in hac parabola secutus est, festus. Festus dies apud Graecos consumebatur sacrificando, adorando, publica pompa, et mille aliis cerimoniis, nihil ut temporis, quod genio dari posset, superesset. Sequebatur ὑσπεραία, quam Tu, vir eruditissime, fingis, non doces, ab ἐπιβδαῖς diversam fuisse. Hic demum ex [42] vulgi opinione dies vere festus erat, quod tum victimarum partibus vesci, ludere, genio indulgere licebat. Etiam vulgus Batavum, certe opifices Leidenses, diem, qui Pentecosten e. g. excipit, magis festum habent, quam binos dies praecedentes. Ex quibus liquido apparet, parabolae sententiam a *Plutarcho* rectissime esse expressam. Omnino praeclarus scriptor est *Plutarchus*, nec Graecae tantum, sed etiam Romanae antiquitatis peritissimus,

mus, in quo tam acerbè reprehendendo, cave, lauream quaeras. . . Novam ejus editionem, me auctore, suscepit discipulorum meorum optimus, *Wytenbachius*, isque mihi affirmavit, se clarissime demonstraturum, plerasque *Plutarchi* reprehensiones ab inscitia linguae et antiquitatis profectas esse. Offendit, fateor, homo Graecus aliquando in rebus Romanis. Quid miri? cum ipsi Romanorum doctissimi, *Varro*, *Livius*, *Festus*, etc. in patriis rebus interdum errasse deprehendantur.

In ἐπιβδαῖς, non negem, aliquid obscuritatis superesse. Sed quod in *Etymol. M.* reponis ἐπιδέχασθαι, respuit indoles linguae Graecae. Passivum verbum requiritur, non Medium aut Activum. Mihi, re iterum considerata, legendum videtur: πρὸς ἐπίδασιν, in *auctarium*. Nec quicquam mutandum praeterea. De ἐπιβδαῖς Ἀπατουρίων plane sentio cum *Kuhnio* ad *Pollucem*, cujus sententia facilior est conciliatione [43] Tua. *Aristides* Kalendas Januarias ἐπίβδαν vocavit, quod ille dies, tametsi profestus, tamen a populo ut festus celebratur. De repotiis disputas erudite post *N. Heinsium Adversar.* p. 611. sed conjecturis conjecturas opponis. In *Hesychio* pro παιῖσαι scribis te malle παλῖαι, Sed hoc nihili vocabulum est, quod viri docti bene ad *Hesych.* in ἀπαυλία mutarunt. In glossis adhuc teneo ποδοσῳφία, quia nova nupta, ut grammatici dicunt, ad parentes suos redibat. Pro ἐπίποδα an *Scaliger* rectè

scripserit ἐπιβλα, nescio. Sed hoc scio, ἐπιπρόβλα-
 τα, quod a Te reponitur, Graecis inauditum esse.
 Omnino nullum certius falsae correctionis argu-
 mentum est, quam si quid scriptori inferatur, quod
 a linguae ratione abhorreat.

Vale, Vir eruditissime, et meum in nonnullis dis-
 sensum in meliorem partem accipe. Dab. Leidae
 a. d. 5. Maii. 1776.

[Quae sane Literae cum editis *Vaassenii* dictis
 contendere merentur a p. 399 et seq. (36) *Onomas-
 tici Literarii*. PARS V. Traj. Rhen. 1785. 8 maj.
Saxius in Onom. VIII. pp. 40—43.]

CENSURA COMMENTARII

DE

PALAESTRÆ NEAPOLITANÆ

AB IGNARRA SCRIPTI.

[Ex Bibl. Cr. II. P. V. pp. 77—87.]

DE PALAESTRÆ NEAPOLITANÆ *Commentarius* [77]
in Inscriptionem Athleticam, Neapoli A. 1764. detectam, etc. Accedit de Buthysiae Agone Puteolano Dissertatio. Neapoli A. 1770. 4. ex Typographia Donati Campi.

NULLA temere gens est, quae majorem, quam Itali, de antiquitate bene merendi opportunitatem habeat, et studiosius constantiusque in hoc genere elaboret. Verum, quantum animus fructum capit ex monumentis antiquis, quae per illos in lucem proferuntur, tantum taedii et offensionis devorat legendis verbosis, jejunis, et temere corrasis explanationibus, quae his monumentis adjunguntur. Et enim illi, relictis fontibus, unde Sigonii, Manutii, Victorii,

Victorii, et similes seculo XVI fluxerunt, id est, neglectâ Veterum Scriptorum assidua lectione, rivulos, eosque turbidissimos, et multum sordium trahentes, consecrari coeperunt. Saepius igitur ab illis testes citantur Rosinus, Knippingius, Pitiscus, quos nemo Bâtavorum, ne refellendi quidem causa, nominare audeat, quam Cicero, Livius, Plinius; aut si [78] forte horum quoque testimonia afferuntur, facile patet, alienâ fide laudari. In horum Antiquariorum numerum, tantum abest, ut Nicolaus Ignarra, V. C., de cuius libro sententiam dicimus, referendus sit, ut potius cum Fabretto, Maffeo, et Corsino, quibus elegantiores lapidum vetustorum interpretes vix tulit Italia, comparandus videatur.

Magistro est usus Alexio Symmacho Mazochio, viro doctissimo, cui librum inscripsit. Sed acrior in discipulo vis iudicandi est, major etiam rerum delectus. Saepe ille quidem a re propositâ digreditur. Sed hanc evagationem tantâ eruditione compensat, ut longissimam quamque digressionem lectu dignissimam esse, fateare. Scribendi occasio ipsi nata est ex Inscriptione Athleticâ, quae multa singularia, nec aliunde cognita, complectitur, effossa Neapoli A. 1764. Hanc parte aliqua mutilatam mira sagacitate supplevit, et pererudito commentario illustravit. Initio consilium erat, nihil, nisi quod ad hujus Inscriptionis explicationem pertineret, in medium afferre. Sed mox patriarum rerum amore invitatus, omnia Neapolitanorum studia palaestrica, inde ab Augusto,

Augusto, usque ad Commodum complexus est, et per hanc occasionem multas antiquitatis partes e tenebris in lucem vocavit. Denique adjecit dissertationem de Buthysiae agone Puteolano. Inscriptionem, quam diximus, Flavio Archibio dedicavit ἡ φιλοσέβαστος καὶ φιλορώμαιος Ἀλεξανδρέων περιπολιστικὴ καὶ εὐσεβῆς σύνοδος. Hic Cl. Ignarra p. 20. docet, [79] Alexandrinos tam devotos fuisse numini majestatique Augusti, ejusque successorum, ut urbem suam de illorum nominibus appellarent. Quam in rem affert Stephan. Byz. v. Ἀλεξάνδρεια ἐκλήθη δὲ ἐπὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν Σεβάσῃ, καὶ Ἰουλία, καὶ Κλαυδία, καὶ Δομιτιανῇ, καὶ Ἀλεξунτηρία. In postremo nomine, quod manifeste vitiosum est, sic ingenium experitur: καὶ ἄλλ' ἐξ εὐετηρίας; hoc est, ipso interprete: *et alia nomina, pro temporum opportunitate*. Sed primum constructio ἄλλως non ἄλλα, postulat: deinde εὐετηρία non *temporis opportunitatem*, sed *felicem annonae proveniuntum* significat: vide Perizon. ad Aelian. V. H. II. 17. Alia igitur medicina depravato loco quaerenda. Tum forma non aliunde nota, περιπολιστικὴ σύνοδος, ut bene comparatur cum Latino *circumforaneus*, sic minus recte a περιπολέω ducitur. Non succurrebat viro doctissimo locus Phrynichi apud Pollucem VII. 203. Ὡ κάπραινα, καὶ περιπολις, καὶ δρομαίς. ubi περιπολις est meretrix περιπολιστικῇ, *circum oppida vagans*, quam περιδρομον vocat Theognis v. 581. Nollem etiam huc trahi corruptam glossam Hesychii: Πολιστὴν Σικελίαν ἀντὶ τοῦ νῆσον. quam

viri

viri docti verissime sic correxerunt: Πόλιν τὴν Σικελίαν Mox p. 25. athletas περιπολιστικούς comparat cum [80] νικηφόροις περιαγειρομένοις apud Platonem Polit. X. p. 521. nescio, an bene. Nam σύναδος περιπολιστική est, quam Galli dicunt, *une troupe ambulante*. At νικηφόροι περιαγειρόμενοι sunt victores ludorum, qui munuscula exigunt a spectatoribus; de quibus quae Ruhnkenius ad Timaei Lex. Platon. p. 153. disputat, non videtur legisse.

P. 32. in transitu sic corrigit Pausaniam VI. 13. ut pro Ἡρα τῇ Λακεδαιμονία legat Ἡρα τῇ Λακινία. Nihil verius.

P. 35. bene illustrat rarissimam vocem, quae in hoc marmore occurrit, παραδοξονίκης, eamque vindicat Plutarcho in Cimon, p. 521. Nec minus erudita est annotatio de formula laudandi hyperbolica, πρῶτος ἀνθρώπων, quae saepe in hoc lapide repetitur: quam cum recte cepisset, non debebat ad argutias delabi, et πρῶτον ἀνθρώπων explicare athletam, qui in primo pari decertarat.

P. 52. Docta est digressio de Inscriptione Panormitana, ubi joculari prodit Inscriptionem, ex tabula aerea descriptam: ΡΩΜΗ ΚΕΦΑΛΗ ΚΑΘΑΡΟΥ. qua Graeculus Latinae linguae imperitus exprimere voluit Latinum: *Roma caput mundi*.

P. 55. Praeclare demonstrat, τὰ ἐν Ἡρακλείᾳ ἐπινίκια Τραιϊάνου, quae in hoc marmore commemorantur, esse illos ipsos *quinquennales agonas, qui Trajani appellantur*, apud Plinium X. Ep. 79. post iselasti-

cos factos a Trajano, apud eundem X. Ep. 119. [81]

Ex qua animadversione, nescio, plusne lucis Plinius, an marmor vetus capiat. Verum quod in priore Plinii loco *Tianorum* pro *Theanorum* reponit, id dudum legitur in bonis Editionibus. Aliis quoque indiciis deprehendimus, nihil doctissimo Ignarrae tam defuisse, quam bonorum librorum copiam.

P. 62. docet, *πενταετηρίδα* et *quinquennalia* non semper quinque annorum spatium significare, sed interdum *καταχρηστικῶς* poni pro quovis sacro conventu, sive, quod idem est, vocabula *πενταετηρίς* et *πανήγυρις* synonyma esse. Qua palmaria animadversione, nemini dubium sit, quin multae Chronologorum rixae componi possint.

P. 76. erudite disputat de sacro agone Ephesino, qui in lapidibus apud Gruterum *Βαλβίλλεια*; sed in hoc Neapolitano *Βαρβίλλεια* dicitur rectius; a Barbillo, Astrologo, cujus mentionem facit Dio Cassius L. LXVI. p. 1084.

P. 80. In marmore haec erat lacuna: Ἐχε
Αργους ἀσπίδα quam Cl. Ignarra sagacissime explevit, hoc modo: Ἐχελίδας τὴν ἐξ Ἀργους ἀσπίδα
confirmans conjecturam ex Stephano Byz. v. Ἐχε-
λίδαι.

Haec omnia ex commentario in Inscriptionem athleticam delibavimus. Sequitur p. 89. diatriba de Palaestra Neapolitana, ex qua longam adversus vanissimum nugatorem, Martorellium, disputatio-

Α. ἄξ ἀργυρέων κεράτων πίνοντες ἐπλάζοντο. Contrario errore peccatum est in Zenobio VI. 49—ὡς φησὶ καὶ Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους. Repone Πείσανδρος. Versus, quos respicit Zenobius, conservavit Schol. Aristoph. *ad Nub.* 1047. Idem error apud Etymologum MS. Bibl. Regiae Paris., qui, cum formam αἴς pro αἴε Doribus tribuisset, statim addit: ἐπειδὴ καὶ τὸ αἴε παρὰ Πείσανδρου, ubi scribendum παρὰ Πινδάρου, quem Dorice scripsisse scimus.

[238] Ad Pindarum igitur referenda Hesychii glossa: αἴε ἐπὶ τοῦ αἴε καὶ ἔως,

CLARISSIMO ATQUE ERUDITISSIMO VIRO,

JACOBO VAN VAASSEN

DAVID RUHNKENIUS S. P. D.

CUM literae Tuae, eruditionis et humanitatis [40]
plenissimae, ad me perferebantur, Academicis
occupationibus et curis domesticis ita distinebar, ut
responsio necessario in aliud tempus a talibus nego-
tiis vacuum differenda videretur. Aliquanto post
feriae paschales respondendi facultatem dederunt.
Sed ecce! id me agentem aliae a Te literae oppri-
munt, acerbam lectissimae uxoris mortem nunciantes.
Rursus igitur scribendi officium distuli, ne, tam
alieno tempore Tecum de communibus literis dispu-
tans, Tibi ineptus viderer. Nunc vero, cum et
ipse aliquid otii nactus sim, et Te liberiore animo
esse sperem, ad singula epistolae Tuae capita,
quod dudum faciendum fuerat, rescribam. Quan-
quam mihi ipse displicio in eo, quod, in hac prima
notitia nostra, mihi necesse est, in alia omnia ire,
et conjecturas Tuas convellere. Putas, vir doctissi-
me, parabolam apud *Plutarchum* tribus locis ita
Y refingendam

refingendam esse: ἐκείνης μὲν (scil. λεγούσης) ἀσχολίαν καὶ κόπον ἐχούσης πολὺν αὐτὴν δὲ, παρέχουσαν μετὰ σχολῆς &c. At pace Tua dixisse liceat haec barbara aut soloëca oratio est, qualis non dicam a *Plutarcho*, sed ne a *Graeculo* quidem Seculi XII. proficisci potuit. Nam syntaxis Graeca postulat ἔχειν et παρέχειν, ἡσυχίαν ἐχούσης et παρέχουσαν. Sed pergis ita, ut dicas, festum diem otio, profestum labori dicatum fuisse. Hic, quid Te in errorem induxerit, video. Diem profestum ἀκριβῶς et proprie sumsisti, qui populari ratione intelligendus erat. Est quidem dies, qui festum excipit, si proprie et vere loqui velimus, profestus, sed idem ex populi opinione et voluntate, quam *Themistocles* in hac parabola secutus est, festus. Festus dies apud Graecos consumebatur sacrificando, adorando, publica pompa, et mille aliis ceremoniis, nihil ut temporis, quod genio dari posset, superesset. Sequebatur ὑπεραία, quam Tu, vir eruditissime, fingis, non doces, ab ἐπιβδαῖς diversam fuisse. Hic demum ex [42] vulgi opinione dies vere festus erat, quod tum victimarum partibus vesci, ludere, genio indulgere licebat. Etiam vulgus Batavum, certe opifices Leidenses, diem, qui Pentecosten e. g. excipit, magis festum habent, quam binos dies praecedentes. Ex quibus liquido apparet, parabolae sententiam a *Plutarcho* rectissime esse expressam. Omnino praeclarus scriptor est *Plutarchus*, nec Graecae tantum, sed etiam Romanae antiquitatis peritissimus,

mus, in quo tam acerbe reprehendendo, cave, lauream quaeras. Novam ejus editionem, me auctore, suscepit discipulorum meorum optimus, *Wytenbachius*, isque mihi affirmavit, se clarissime demonstraturum, plerasque *Plutarchi* reprehensiones ab inscitia linguae et antiquitatis profectas esse. Offendit, fateor, homo Graecus aliquando in rebus Romanis. Quid miri? cum ipsi Romanorum doctissimi, *Varro*, *Livius*, *Festus*, etc. in patriis rebus interdum errasse deprehendantur.

In ἐπιβδαῖς, non negem, aliquid obscuritatis superesse. Sed quod in Etymol. M. reponis ἐπιδέχσθαι, respuit indoles linguae Graecae. Passivum verbum requiritur, non Medium aut Activum. Mihi, re iterum considerata, legendum videtur: πρὸς ἐπίδασιν, in *auctarium*. Nec quicquam mutandum praeterea. De ἐπιβδαῖς Ἀπατουρίων plane sentio cum *Kuhnio* ad *Pollucem*, cujus sententia facilior est conciliatione [43] Tua. *Aristides* Kalendas Januarias ἐπίβδαν vocavit, quod ille dies, tametsi profestus, tamen a populo ut festus celebratur. De repotiis disputas erudite post *N. Heinsium Adversar.* p. 611. sed conjecturis conjecturas opponis. In *Hesychio* pro παῖδαι scribis te malle παλῖαι, Sed hoc nihili vocabulum est, quod viri docti bene ad *Hesychi*, in ἀπαυλία mutarunt. In glossis adhuc teneo ποδοσῆραφία, quia nova nupta, ut grammatici dicunt, ad parentes suos redibat. Pro ἐπίποδα an *Scaliger* rectè scripserit

scripserit ἐπιβὰ, nescio. Sed hoc scio, ἐπιπόρι-
 τὰ, quod a Te reponitur, Graecis inauditum esse.
 Omnino nullum certius falsae correctionis argu-
 mentum est, quam si quid scriptori inferatur, quod
 a linguae ratione abhorreat.

Vale, Vir eruditissime, et meum in nonnullis dis-
 sensum in meliorem partem accipe. Dab. Leidae
 a. d. 5. Maii. 1776.

[Quae sane Literae cum editis *Vaassenii* dictis
 contendendi merentur a p. 399 et seq. (36) *Onomas-
 tici Literarii*. PARS V. Traj. Rhen. 1785. 8 maj.
Saxius in Onom. VIII. pp. 40—43.]

ex Dione Cassio LXXVIII p. 1313. Mittimus alia, quibus vir doctissimus usus est, argumenta; quae singula et sola etsi non multum ponderis habent, tamen in unum collata Petronium ex optima aetate, in qua illum Burmanni aliorumque admiratio collocat, ad hanc deteriore facile detrudunt. Sed erunt fortasse, qui dicant, fieri non posse, ut Petronius, qui vulgo *Latina Siren*, si Dis placet, appellatur, aetate vixerit in barbariem inclinante. Est sane ejus oratio elegantissima: sed eadem multis maculis inquinata. Placetque nobis iudicium eruditissimi Ignarrae, Petronium elegantiam habere ab assidua veterum lectione et imitatione; sordes a seculi Antoniniani contagione. Sic Lactantius, Scriptor disertissimus, elegantiam a Ciceronis studio traxit, barbarismos ex aetate, qua vixit, Constantini.

P. 192. erudite demonstrat, Pinacothecam, quam Petronius Cap. 83. commemorat, non esse diversam [86] ab ea, quam Philostratus vidit, atque enarravit. Verum non sequimur ejus opinionem, e quatuor Imaginum libris, quos Suidas a Philostrato scriptos tradit, duos intercidisse. Omnes sane Imagines supersunt: sed quae nunc in duo libros, olim in quatuor dividebantur. Vidimus Parisiis in bibliothecâ regiâ Imaginum codicem Ms. in quo L. II. Cap. 11. notatur: Φιλοστράτου εικόνων γ. et L. II. Cap. 27. Φλοστράτου εικόνων δ. Talis igitur codicis fidem Suidas secutus est.

P. 230. Sequitur docta et copiosa Dissertatio de
Buthysiae

Victorii, et similes seculo XVI fluxerunt, id est, neglectâ Veterum Scriptorum assidua lectione, rivulos, eosque turbidissimos, et multum sordium trahentes, consecrari coeperunt. Saepius igitur ab illis testes citantur Rosinus, Knippingius, Pitiscus, quos nemo Bâtavorum, ne refellendi quidem causa, nominare audeat, quam Cicero, Livius, Plinius; aut si [78] forte horum quoque testimonia afferuntur, facile patet, alienâ fide laudari. In horum Antiquariorum numerum, tantum abest, ut Nicolaus Ignarra, V. C., de cuius libro sententiam dicimus, referendus sit, ut potius cum Fabretto, Maffeo, et Corsino, quibus elegantiores lapidum vetustorum interpretes vix tulit Italia, comparandus videatur.

Magistro est usus Alexio Symmacho Mazochio, viro doctissimo, cui librum inscripsit. Sed acrior in discipulo vis iudicandi est, major etiam rerum delectus. Saepe ille quidem a re propositâ digreditur. Sed hanc evagationem tantâ eruditione compensat, ut longissimam quamque digressionem lectu dignissimam esse, fateare. Scribendi occasio ipsi nata est ex Inscriptione Athleticâ, quae multa singularia, nec aliunde cognita, complectitur, effossa Neapoli A. 1764. Hanc parte aliqua mutilatam mira sagacitate supplevit, et pererudito commentario illustravit. Initio consilium erat, nihil, nisi quod ad hujus Inscriptionis explicationem pertineret, in medium afferre. Sed mox patriarum rerum amore invitatus, omnia Neapolitanorum studia palaestrica, inde ab Augusto,

Augusto, usque ad Commodum complexus est, et per hanc occasionem multas antiquitatis partes e tenebris in lucem vocavit. Denique adjecit dissertationem de Buthysiae agone Puteolano. Inscriptionem, quam diximus, Flavio Archibio dedicavit ἡ φιλοσέβαστος καὶ φιλορώμαιος Ἀλεξανδρέων περίπολιςτικὴ εὐσεβῆς σύνοδος. Hic Cl. Ignarra p. 20. docet, [79] Alexandrinos tam devotos fuisse numini majestatique Augusti, ejusque successorum, ut urbem suam de illorum nominibus appellarent. Quam in rem affert Stephan. Byz. v. Ἀλεξάνδρεια ἐκλήθη δὲ ἐπὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν Σεβάσῃ, καὶ Ἰουλία, καὶ Κλαυδία, καὶ Δομιτιανῇ, καὶ Ἀλεξунτηρία. In postremo nomine, quod manifeste vitiosum est, sic ingenium experitur: καὶ ἄλλ' ἐξ εὐετηρίας; hoc est, ipso interprete: *et alia nomina, pro temporum opportunitate*. Sed primum constructio ἄλλως non ἄλλα, postulat: deinde εὐετηρία non *temporis opportunitatem*, sed *felicem annonae proveniuntum* significat: vide Perizon. ad Aelian. V. H. II. 17. Alia igitur medicina depravato loco quaerenda. Tum forma non aliunde nota, περίπολιςτικὴ σύνοδος, ut bene comparatur cum Latino *circumforaneus*, sic minus recte a περιπολέω ducitur. Non succurrebat viro doctissimo locus Phrynichi apud Pollucem VII. 203. Ὡ κάπραινα, καὶ περιπολις, καὶ δρομαίς. ubi περίπολις est meretrix περίπολιςτικῆ, *circum oppida vagans*, quam περίδρομον vocat Theognis v. 581. Nollem etiam huc trahi corruptam glossam Hesychii: Πολιστὴν Σικελίαν ἀντὶ ταῦ, νῆσον. quam

viri

quibus alias diximus. — Testis iterum libellus, cujus titulum hic posuimus. Unde natum sit hujus Carminis denuo recensendi consilium, docta praefatione explicatur. Cum enim vulgo, librorum veterum [86] auctoritate, Orpheo tribueretur, viri eruditi, in his jam olim Graeculus nescio quis, Demetrius Moschus, cujus argumentum libello praemittitur, temere sibi persuaserunt, omnia, quae dicantur, ex Orphei persona dici. Quod ubi semel pro vero sumtum erat, incredibile dictum est, quanta totius Oeconomiae, quam vocant, consecuta sit perturbatio, et quantae tenebrae rebus alioqui claris et perspicuis inductae. Gesnerus quidem, omnia ad istam opinionem interpretari conatus, quot se laqueis induit? quam misere sudavit, ut se inde expediret? At vero Tyrwhitti sagacitas cum vidisset, nihil in hoc Carmine, ex Orphei persona dictum esse, nihil omnino ad Orpheum referri, nullo negotio cum Carminis dispositionem perspexit, tum caliginem, quam aliorum error rebus offuderat, discussit. Scilicet libelli auctor lapidum vires enarrat, partim theurgicas, quibus Deorum benivolentia concilietur, partim medicas, quae adversus serpentum ictus et venena valeant. Hanc narrationem Theodamanti cuidam tribuit, qui deinde Helenum, Priami filium, ad Philocteten loquentem inducit: plus auctoritatis, ratus, praecepta sua habitura, si sub tam clari vatis nomine proderentur. Orphei autem nomen carmini *ἀδελφότης* inscripsit imperitus aliquis, qui similes

ineptias

ineptias ad Orpheum auctorem
 divisset. Nec alio errore vetus carm.
 χῶν, Maximo, qui magiae crimine peri-
 tum videtur. Sed praeclarae hujus disputa-
 laus omnino communicanda est cum viro doctis.
 mo Joanne Schradero Praef. ad Emend. p. 11. ubi
 carminis Oeconomia brevius quidem, sed iisdem
 rationibus, explicatur. Ac nescio, an utroque prior
 rem viderit Gisb. Koenius ad Gregor. de Dialect.
 p. 124: certe eum vs. 388. verissime emendantem
 Πριαμίδαο pro Παλαμήδαο, vix poterant reliqua latere.
 Tyrwhitto Carmen scriptum videtur post A. C. 357.
 hoc est, post Imp. Constantii Legem in Cod. Theo-
 dos. IX. Tit. 16. 4. qua Magi, sive, qui tum fere
 pro Magis habebantur, Philosophi, gladii poenam
 subibant. Ad quod supplicium a Poëta respicitur
 vs. 73:

Καί κεν ὁ μὲν κονίαισιν ὑπ' ἄορι κρατὸς ἀμερθεῖς
 Λευγαλέῳ θανάτῳ διὸς φῶς ἐκτετάσσῃαι.

At cum jure dubitem, an Valentiniani et Valentis
 aetas carmen tam sani coloris proferre potuerit,
 potius referam ad tempus Domitiani, qui, teste
 Dione Cassio LXVII. p. 1111, philosophos partim
 urbe et Italia ejecit, partim poena capitis affecit.
 Sub finem praefationis, quam Tyrwhittus libello
 praemisit, velut in transitu, memorabilis et digna
 tali ingenio de Manethone animadversio profertur.
 Primum multis indiciis, cum rerum, tum vocabulo-

ORPHEI CARMEN

rum, demonstratur, Apotelesmata non e Manethonis
 [88] Aegyptii, sed ex incerti Poëtae, qui sub occasum
 imperii Romani vixerit, officina prodiisse. Deinde
 tam perspicue, ut dubitari non possit, docetur, duos
 libros ex iis, qui Manethoni tribuuntur, nempe I.
 et V. non profectos a scriptore librorum reliquorum,
 II. III. IV. et VI. sed ab alio versificatore, inter-
 dum per turpe plagium, ex ipsius Manethonis ver-
 bis conflatos. Superest, ut specimina quaedam
 egregiarum emendationum, quibus Carmen de La-
 pidibus restituitur, apponamus.

Vs. 296. vulgo editur, nulla sententia :

Ἐν γάρ σφιν μέγα δὴ τι φερέσβιος ἔμβαλε πνεῦμα
 Ἥελιος, ῥοῖζον ἔρικυδῖος αὐτίκα φωτὸς
 Σεμνοτέρους τ' ἰδέειν.

Hunc locum sic constituit vir eruditissimus:

Ἐν γάρ σφιν μέγα δὴ τι φερέσβιος ἔμβαλε πνεῦμα
 Ἥελιος, ῥέζον ἔρικυδέας αὐτίκα φῶτας,
 Σεμνοτέρους τ' ἰδέειν.

Vs. 301, et 302. in vulgatis editionibus separantur,
 et cum mendis sic leguntur :

Τόλμα δ' ἀθανάτους καὶ ἐνὸν μείλισσεσθαι.
 Μαγνήτην δ' ἔξοχ' ἐφίλησεν θούριος Ἄρης.

[89] At utrumque Tyrwhittus conjungit, praeclare
 emendans:

Τόλμα

ineptias ad Orpheum auctorem referri, alicunde audivisset. Nec alio errore vetus carmen *περὶ καταρχῶν*, Maximo, qui magiae crimine periit, adscriptum videtur. Sed praeclarae hujus disputationis laus omnino communicanda est cum viro doctissimo Joanne Schradero Praef. ad Emend. p. 11. ubi carminis Oeconomia brevius quidem, sed iisdem rationibus, explicatur. Ac nescio, an utroque prior rem viderit Gisb. Koenius ad Gregor. de Dialect. p. 124: certe eum vs. 388. verissime emendantem *Πριαμίδαο* pro *Παλαμήδαο*, vix poterant reliqua latere. Tyrwhitto Carmen scriptum videtur post A. C. 357. hoc est, post Imp. Constantii Legem in Cod. Theodos. IX. Tit. 16. 4. qua Magi, sive, qui tum fere pro Magis habebantur, Philosophi, gladii poenam subibant. Ad quod supplicium a Poëta respicitur vs. 73:

*Καί κεν ὁ μὲν κονίαισιν ὑπ' ἄορι κρατὸς ἀμερθεῖς
Λευγαλέῳ θανάτῳ δῖος φῶς ἐκτετάσσῃαι.*

At cum jure dubitem, an Valentiniani et Valentis aetas carmen tam sani coloris proferre potuerit, potius referam ad tempus Domitiani, qui, teste Dione Cassio LXVII. p. 1111, philosophos partim urbe et Italia ejecit, partim poena capitis affecit. Sub finem praefationis, quam Tyrwhittus libello praemisit, velut in transitu, memorabilis et digna tali ingenio de Manethone animadversio profertur. Primum multis indiciis, cum rerum, tum vocabulo-

ORPHEI CARMEN

rum, demonstratur, Apotelesmata non e Manethonis
 [88] Aegyptii, sed ex incerti Poëtae, qui sub occasum
 imperii Romani vixerit, officina prodiisse. Deinde
 tam perspicue, ut dubitari non possit, docetur, duos
 libros ex iis, qui Manethoni tribuuntur, nempe I.
 et V. non profectos a scriptore librorum reliquorum,
 II. III. IV. et VI. sed ab alio versificatore, inter-
 dum per turpe plagium, ex ipsius Manethonis ver-
 bis conflatos. Superest, ut specimina quaedam
 egregiarum emendationum, quibus Carmen de La-
 pidibus restituitur, apponamus.

Vs. 296. vulgo editur, nulla sententia :

Ἐν γάρ σφιν μέγα δὴ τι φερέσβιος ἔμβαλε πνεῦμα
 Ἥελιος, ῥοῖζον ἐρικυδῖος αὐτίκα φωτὸς
 Σεμνοτέρους τ' ἰδέειν.

Hunc locum sic constituit vir eruditissimus:

Ἐν γάρ σφιν μέγα δὴ τι φερέσβιος ἔμβαλε πνεῦμα
 Ἥελιος, ῥέζον ἐρικυδέας αὐτίκα φῶτας,
 Σεμνοτέρους τ' ἰδέειν.

Vs. 301, et 302. in vulgatis editionibus separantur,
 et cum mendis sic leguntur :

Τόλμα δ' ἀθανάτους καὶ ἐνηεῖ μιλίσσεσθαι.
 Μαγνήτην δ' ἔξοχ' ἐφίλησεν θούριος Ἄρης.

[89] At utrumque Tyrwhittus conjungit, praeclare
 emendans:

Τόλμα

Τόλμα δ' ἀθανάτους καὶ ἐνηεῖ μιλίσσεσθαι
Μαγνήσσα· τὴν δ' ἔξοχ' ἐφίλατο Φούριος Ἄρης.

Vs. 356. in libris vulgatis est:

τόν ῥα βροτοῖσιν
Ἦνδανεν ἄλλοισιν καλέειν ἄψυχον ὀφείτην.

Nihil verius ejus correctione:

τόν ῥα βροτοῖσιν
Ἦνδανεν ἄλλοισιν καλέειν ἔμψυχον ὀφείτην.

Vs. 521. edd. vett. et MS. Parisin. habent:

καὶ χερσὶν ἐνοκριθέντα τεῆσι
Ἄμφαφάεις λίθον, ὃ πρὶν ἔχων ὑγρὸν δέμας ἦεν.

At vir praestantissimus legi jubet:

καὶ χερσὶν ἐν ὀκριόντα τεῆσιν
Ἄμφαφάεις λίθον, ὃ πρὶν ἔχων ὑγρὸν δέμας ἦεν.

In qua emendatione nemo acumen et elegantiam desideret. Hom. Il. Θ. 327. Τῆ ῥ' ἐπὶ οἱ μεμαῶτα βάλεν λίθῳ ὀκριόντι. Archias Analect. Brunck. T. II. p. 98. Καρπὸν ἀλεῖ Δηοῦς ὀκριόντι λίθῳ.

Sed, quando de locis depravatis dicere coepimus, liceat de nonnullis, quae vir doctissimus praeteriit, [90] sententiam nostram expromere. Vs. 13;

Ἄλλ' ἦτοι κείνους μὲν ἀμώμητοι Διὸς οἴκοι
Χαίροντας δέξαντο, Φηγευέων ὄχ' ἀρίστους.

Poëta scripsit χαίροντες.

Vs. 38:

καὶ πόντοιο κυκωμένου οὐκ ἀλεγίζων,
Βήσεται ἐπὶ τραφερὴν ἀκυμάντοισι πόδεσσι.

Verissima nobis videtur correctio Dorvillii ad Charit. p. 260. ἐπὶ τραφερὴν χθόν', nec Tyrwhittus quaerere debebat: *quid mirum, si aliquis per terram incedat siccis pedibus?* Sensus enim hic est: *e mari salvus in terram redibit.* Infra vs. 578. καὶ πολὺν Νηῆα κυκώμενον ἐξυπαλύξαι.

Vs. 68:

Ἐκ δ' οἴγε πόλιων τε καὶ ἀνδρῶν ἤλασαν ἐσθλὴν
Ἄδειλοι, σοφίην.

Omnino legendum:

Ἐκ δ' οἴγε πτολίων τε καὶ ἀγρῶν ἤλασαν ἐσθλὴν,
Ἄδειλοι, σοφίην.

Πόλεις et ἀγροὶ saepe conjunguntur. Phocylides, [91] qui dicitur, vs. 124: Ἀγρούς καὶ πόλιας σοφίη καὶ νῆα κυβερνᾷ.

Vs. 119:

Πρίν περ ἀνασῆσαντος ἀπὸ χθονὸς αὐχένα δεινὴν
Ἐφρασάμην.

Etsi vulgatam lectionem damnare non ausim, suspicor tamen, a Poëta scriptum esse:

Πρίν

Πρὶν περ ἀνασχίσαντος ἀπὸ χθονὸς αὐχένα δεινὴν
Ἐφρασίμην.

ut sit imitatio Callimachi Fragm. 438: Ὅς δ' ὡς ἔξ
ὄχεῆς ὄφιν αἰόλος αὐχέν' ἀνασχών. Vide Ruhnkenium
Epist. Crit. II, p. 189.

Vs. 246:

Πετρη, ἀλλ' ἔμπης πέλεται κρατερὴ τε γε πέτρη.

Tyrwhitti V. C. conjectura non multum aberravit a
vero. Scribendum:

Πέτρη, ἀλλ' ἔμπης πέλεται κρατερὴ σφερεή τε.

Sic vs. 562: ὡςτε σε πάγχυ λίθον σφερεὴν οἴσασθαι.

Vs. 251:

εἰ γάρ μιν ἐλαίῳ
Τριβόμενον τρίβοις κροτάφους πάντ' ἤματα σεῖο.

Repone:

εἰ γάρ μιν ἐλαίῳ
Τριβόμενον χρίοις κροτάφοις πάντ' ἤματα σεῖο.

[92]

Sic etiam legerunt Scholiast. Parisin. et auctor Epitomes ap. Tyrwhittum p. 99.

Vs. 265:

Καὶ γλαφυρὸν κομίσας ἐαρόχροον αἶκεν Ἰασπιν.

Bene Tyrwhittus ἐαρόχροον accipit pro viridi. Quam
explicationem confirmare potuisset ex Hemsterhu-
sio ad Lucian. Nigrin. p. 52.

Vs. 304:

Vs. 304:

Ἡύτε παρθενικὴ γλαγόφρονι χερσὶν ἐλοῦσαι
Ἡίθεον.

Legendum videtur:

Ἡύτε παρθενικὴ μαλακόφρων χερσὶν ἐλοῦσαι
Ἡίθεον.

Supra vs. 35:

Καὶ μαλακὴ χρύσειον ἐπὶ λέχος αἰὲν ἐρυσσει
Ἄλληκτον κούρη.

Vs. 349:

Τόν ῥα μέθ' ὑσμίνην ἤκειν ποσὶν ἀτρεμέεσσιν.

[93] Mendum manifestum, ἀτρεμέεσσιν pro ἀρτεμέεσσιν, tam diu ferri non debebat. Hesychium, easdem voces confundentem, castigavit Bentley. Epist. ad Mill. p. 36.

Vs. 423:

Καὶ σφισιν ἐξαπίνης ῥόθος ἴσλαται, οὐδέ τι πρόσσω
Νήχεται.

Pro νήχεται scribendum suspicor, νίσσεται, quod de serpente est apud Nicandrum Theriac. 222: Νωθεῖ δ' ἔνθα καὶ ἐνθα διὰ δρυμὰ νίσσεται ὄλκῳ. et vs. 470: Οὔρεα μαιμώσων ἐπινίσσεται ὀκρίοενλα.

Vs. 434:

οὐ πότε νόσφι
Ἐσθενεν Εὐφόρβοιο φέρειν Ἰκετάονος υἱός.

Hic

Hic locus, una littera mutata, sic expediendus est:

οὐ πόδε νόσφι

Ἔσθενεν Εὐφόρβοιο φέρειν Ἴκετάονος υἱός.

Vs. 510:

Ψεῦδος κεν φαίη, τόδ' ἐτήτυμον αἰψα τετύχθαι.

E vestigiis MS. Paris. ἄρα τετύχθαι, scribendum:

Ψεῦδος κεν φαίη, τόδ' ἐτήτυμον ἢ ῥα τέτυκται.

Sic supra vs. 342:

[94]

Ἦ ῥα ποτ' εἶναετῆ λώβην ἀμενηνὸν ἔθηκας.

Vs. 577:

Καὶ χόλον ἀνδροφόνον φεύγειν ἀπὸ ληϊσλήρων.

Lege, transpositis literis:

Καὶ λόχον ἀνδροφόνον φεύγειν ἀπὸ ληϊσλήρων.

Λόχος proprie dicitur de latronibus. Vide Cl. Valckenarium ad Bion. Carm. 15.



LECTORI ERUDITO

[5]

S. D.

SAMUEL ET JOANNES LUCHTMANS.

[Praefatio ad *A. C. Celsum* de medicina; Lugd. Bat. 1785.]

CUM nova, et ea quidem superioribus luculentior;
Celsi Editio a nobis postularetur, statim circum-
spicere coepimus virum eruditum, qui Medicinae
studium cum justa literarum, praesertim Latinarum,
scientia ita conjunxisset, ut Editoris partes recte et
cum laude sustinere posset. Quo frustra in Bata-
vis et alibi quaesito, ipsi rem arduam suscepimus, et
nostro Marte utcunque perfecimus, in consilium, [6]
ubi opus esset, adhibentes virum doctum, et in his
literis versatum. De hujus prudenti admonitione,
repudiato textu Lindeniano, quem Almeloveenius
etiam secutus erat, Editionis nostrae quasi basin
fecimus exemplum illud, quod ex recensione Leo-
nardi Targae Patavii 1769. 4. prodiit. Hic vir
egregius, e Morgagni excellenti disciplina profectus,
et magistri in Celso emendando studium aemulatus,

B b

Celsum

**Celsum ad fidem Manuscriptorum, imprimis veterri-
mi Medicei, tanta cura, et tam docta crisi recensuit,
ut vere praedicari possit, hanc unam ex tanta copia,
ad nostram usque memoriam, Editionem esse, quae
Celsum integrum et illibatum exhibeat. Nec tamen
satis habuimus Targae Editionem simpliciter repe-
tisse, sed commendationis aliquid etiam aliunde
paravimus. Ita Celso nostro praemissa est elegan-
tissima *de Celsi aetate* Dissertatio, scripta a Joanne
Ludovico Bianconio, clari nominis Medico, quem ob
eruditionem valde laudat Cl. Ernestus ad Fabric. Bibl.
[7] Lat. T. II. p. 44. Quod argumentum cum Bianco-
nius per Epistolas ad Tiraboschium lingua Italica
scriptas late explicuisset, mox, rogatu nostro, totius
rei summam paucioribus paginis conclusit, et Latine
versam, paulo ante mortem, nobiscum communica-
vit. Eodem tempore forte in manus nostras venit
vetusta Celsi membrana, nondum ab aliis collata,
cujus Variantes excerpendas, et Editioni nostrae
adjiciendas curavimus. Variorum quoque Notas,
ex Editione, quae in hac urbe a. 1746. prodiit,
receptas, auximus Krausianis e Lipsiensi exemplari
sumtis. Sed praecipuum huic Editioni ornamentum
conciliat Index omnium verborum, sive Lexicon
Celsianum, a viro doctissimo, Georgio Matthiae,
Medicinae in Academia Gottingensi Professore,
tam perite et scienter confectum, ut non uni Celso
sive explicando, sive corrigendo, sed universae La-
tinitati profuturum arbitremur. Tale Lexicon olim
condiderat**

condiderat Joannes Rhodius ; quod incendio periit. Tale etiam in praefatione ad Celsum promisit Cl. Targa. Sed res intra voluntatem stetit. Fuit autem clarissimus Matthiae, qui et ipse Celsi Editionem [8] parabat, eo magis idoneus ad hujusmodi Lexicon conficiendum, quo diutius, sub Gesneri auspiciis, in hoc genere laboris versatus erat. Hic enim Gesnero assiduam operam navavit in Latinae linguae Thesauro construendo. Ceterum ille Celsi Index apud Matthiae heredes in tenebris jacuit, donec aere nostro redemptus est, et per hujus Editionis occasionem in lucem vindicatus. Vale, erudite Lector, et nobis, si meremur, fave.

Celsum ad fidem Manuscriptorum, inprimis veterri-
mi Medicei, tanta cura, et tam docta crisi recensuit,
ut vere praedicari possit, hanc unam ex tanta copia,
ad nostram usque memoriam, Editionem esse, quae
Celsum integrum et illibatum exhibeat. Nec tamen
satis habuimus Targae Editionem simpliciter repe-
tisse, sed commendationis aliquid etiam aliunde
paravimus. Ita Celso nostro praemissa est elegan-
tissima *de Celsi aetate* Dissertatio, scripta a Joanne
Ludovico Bianconio, clari nominis Medico, quem ob
eruditionem valde laudat Cl. Ernestus ad Fabric. Bibl.
[7] Lat. T. II. p. 44. Quod argumentum cum Bianco-
nius per Epistolas ad Tiraboschium lingua Italica
scriptas late explicuisset, mox, rogatu nostro, totius
rei summam paucioribus paginis conclusit, et Latine
versam, paulo ante mortem, nobiscum communica-
vit. Eodem tempore forte in manus nostras venit
vetusta Celsi membrana, nondum ab aliis collata,
cujus Variantes excerpendas, et Editioni nostrae
adjiciendas curavimus. Variorum quoque Notas,
ex Editione, quae in hac urbe a. 1746. prodiit,
receptas, auximus Krausianis e Lipsiensi exemplari
sumtis. Sed praecipuum huic Editioni ornamentum
conciliat Index omnium verborum, sive Lexicon
Celsianum, a viro doctissimo, Georgio Matthiae,
Medicinae in Academia Gottingensi Professore,
tam perite et scienter confectum, ut non uni Celso
sive explicando, sive corrigendo, sed universae La-
tinitati profuturum arbitremur. Tale Lexicon olim
condiderat

PRAEFATIO.

AEQUO LECTORI

S. D.

DAVID RUHNKENIUS.

[Ad *Appuleii* Met. libb. XI. Lugd. Bat. 1786.]

DUO scriptores vel inprimis nobiles ex Antoniorum aetate, Gellius et Appulejus, cum eloquentia saeculi sui non contenti, meliorem quaerent, iudicio lapsi, in aliud genus magis vitiosum inciderunt. Cum enim omne recte scribendi consilium ad unius Ciceronis, et ut quisque ei simillimus est, normam dirigere debuissent, non ii quidem optimos illos omnino reliquerunt, sed tamen cum eorum imitatione scriptores ex ultima antiquitate repetitos ita conjunxerunt, ut modo cum Cicerone, Caesare, Livio, et similibus, modo cum Evandri matre [ii] loqui viderentur. Ac Gellius quidem in hac κακοζηλίας paullo moderatius versatus est, nec temere et passim verba exoleta arripuit, sed e solis fere Comicis



scripsisse. Etenim bona pars eorum, quae à Gellio et Appulejo licentius insolentiusque ficta videri possint, a Grammaticis antiquis, maxime a Glossographis, conservata reperitur. Quidni igitur reliqua, quorum nullum apud Grammaticos, qui nunc supersunt, vestigium est, pari auctoritate niti dicamus? Qua de re liquidius judicari poterit tum, cum quis juniorum Literatorum, qui nunc subitariis Conjecturis edendis famam venantur, [iv] sese ad eam laboris, etsi non nimis grati, tamen literis et laudi suae magis profuturi, ad eam igitur laboris patientiam sese durarit, ut Glossaria Latina, in Leidensi Bibliotheca latentia, quibus nihil usquam vel vetustate, vel praestantia simile reperias, e tenebris in lucem vocet, linguamque Latinam, de cujus inopia vetus querela est, aliquot mille vocabulis ac formis, nondum cognitis, locupletet. Quanquam, quae juventutis nostrae mollities est, magnopere vereor, ne haec surdis auribus canam. Sed redeat, unde deflexit, oratio. Est sane ista antiquitatis affectatio molesta Appulejum legentibus. Nescio tamen, an molestior sit tumor Africanus, quo orationem, in iis quidem libris, quos a doctis legi voluit, praeter modum et pudorem inflavit, ceteroqui minime hebes ad id, quod rectius esset, intelligendum. Quippe in Apologia, quae non in umbraculis eruditorum legenda, sed in fori luce habenda esset, tam vacuus est his ineptiis scholasticis, ut ejus orationi nihil, aut certe non multum ad

[v] ad summam sanitatem deesse videatur. Ad quem modum si ceteros libros scripsisset, eum, sine exceptione, cum Mureto Var. Lect. XVII. 19. *eruditum inprimis et venustum scriptorem* vocarem. Jam scriptor tam eruditus, ac tantus eruditionis ostentator, cum non unum de multis, sed longe doctissimum interpretem postularet, bonis avibus accidit, ut Franciscus Oudendorpius ingenium et doctrinam suam ad eum illustrandum expoliendumque conferret. Erat ille omnibus praesidiis, ad rem bene gerendam necessariis, instructus et paratus, exquisita Latinitatis universae scientia, eruditione accurata et recondita, quae non de Latinis tantum fontibus, sed, ut Perizonii discipulum agnoscas, etiam de Graecis esset derivata, summa scriptorum excusorumque librorum copia, usu denique horum instrumentorum, totiusque rei criticae tanto, quantus intelligi maximus potest in accuratissimo tot veterum scriptorum Editore. Triginta circiter annos in Appulejo emendando versatus est, nec tamen opera

[vi] continenti, sed aliquoties per alias curas, inprimis per Suetonii Editionem, interpellata. Ac potuisset ipse opus prodere, et vivus gloria sua frui, nisi librarii, dubitantes, an ex Appulejo tam pingue et paratum lucrum venturum sit, quam ex aliis scriptoribus, qui quotidie in scholiis teruntur, rem tergiversando in longum traxissent. Ita cum Appulejus complures annos in scriniis jacuisset, ego bibliopolarum fastidium, quod nos tam praestanti interioris


rioris doctrinae monimento privaret, non diutius ferendum ratus, petii contendique a Theologo supra vulgarem modum erudito, Cornelio Oudendorpio, Francisci filio, ut mihi facultatem daret Appuleji in lucem proferendi. Qui, qua est humanitate et literas juvandi studio, facile petenti veniam dedit. Et ecce, reperi librarium votis meis hactenus annuentem, ut reciperet, se praecipuum Appuleji opus, **Metamorphosin**, statim excusurum, reliquos libros, **Florida**, **Apologiam**, **Philosophica** additurum, si **Metamorphosis** cupidos emtores invenisset. Hac conditione imprimendi factum est initium. Equi-[vii]dem tum putabam, nullas meas partes, nisi speciminum typographicorum relegendorum, futuras. Sed mox animadverti, Oudendorpium, dum textum ad veteres libros conformare, ut sit, ex die in diem distulerat, morte occupatum, aliis, quod agerent, reliquisse. Qua causa impulsus, hunc mihi laborem sumsi, ut contextum, qui in Pricaeana Editione est, cum cura perpensis veterum librorum lectionibus, partim de Oudendorpii, partim de meo iudicio refingerem, in hac opera vicaria versatus aliquanto religiosius, quam magnus Scaliger: qui, cum posterioris Editionis Vulcanianae apud Rappheling. a. 1600. curam suscepisset, in alieno opere plus sibi sumsit, quam Critices ratio et modestia ferebant. Sequitur, ut dicamus, quibus adjumentis criticis fretus Oudendorpius ad Appulejum castigandum accesserit. In quo quidem genere mihi

- [v] ad summam sanitatem deesse videatur. Ad quem modum si ceteros libros scripsisset, eum, sine exceptione, cum Mureto Var. Lect. XVII. 19. *eruditum inprimis et venustum scriptorem* vocarem. Jam scriptor tam eruditus, ac tantus eruditionis ostentator, cum non unum de multis, sed longe doctissimum interpretem postularet, bonis avibus accidit, ut Franciscus Oudendorpius ingenium et doctrinam suam ad eum illustrandum expoliendumque conferret. Erat ille omnibus praesidiis, ad rem bene gerendam necessariis, instructus et paratus, exquisita Latinitatis universae scientia, eruditione accurata et recondita, quae non de Latinis tantum fontibus, sed, ut Perizonii discipulum agnoscas, etiam de Graecis esset derivata, summa scriptorum excusorumque librorum copia, usu denique horum instrumentorum, totiusque rei criticae tanto, quantus intelligi maximus potest in accuratissimo tot veterum scriptorum Editore. Triginta circiter annos in Appulejo emendando versatus est, nec tamen opera
- [vi] continenti, sed aliquoties per alias curas, inprimis per Suetonii Editionem, interpellata. Ac potuisset ipse opus prodere, et vivus gloria sua frui, nisi librarii, dubitantes, an ex Appulejo tam pingue et paratum lucrum venturum sit, quam ex aliis scriptoribus, qui quotidie in scholiis teruntur, rem tergiversando in longum traxissent. Ita cum Appulejus complures annos in scriniis jacuisset, ego bibliopolarum fastidium, quod nos tam praestanti interioris

requirit, ut ad *Metam.* V. p. 360. Palatinum Codicem Wowerius adhibuerat. Sed hujus etiam accuratiorem collationem, a Jano Grutero factam, Leidensis Bibliotheca Oudendorpio suppeditavit. Veniamus ad eos Codices, quibus nemo ante eum usus reperitur. Ex Regia Parisina habuit Excerpta Codicis membranacei, XV. saeculo scripti, quem Catalogus MSS. n. 8667. adsignat: item Editionem Aldinam cum MS. collatam per Hieronymum Groslotium Lislacum: Variantes denique ex Codice Fr. Petrarchae, et alio nescio quo, quarum illas vir doctus exemplo Vicentino adscripserat, has Aldino P. Pithoeus. Ex Leidensi Bibliotheca sumsit lectiones incerti Codicis, quas Gerardus Vossius, Gerardi Joannis filius, in margine Vulcanianae posterioris notarat. A Josepho Wassio, praeter correctiones, quas ipse fecerat, accepit [x] Excerpta ex Codice Anglicano Paraei, de quibus ipsum vide ad *Metam.* I. p. 5. His egregium adjumentum accessit ex Bibliotheca Guelpherbytana, cujus duplex Codex a G. Cortio cum exemplo Colviano quam accuratissime comparatus erat. Cl. Ernestus, qui horum Excerptorum copiam Oudendorpio fecit, utrumque Codicem ita describit: Primus est membranaceus, sed lacunosus, incipitque in L. II. Scriptus est in palimpsesto. Versus ante videntur in libro fuisse, quorum sc. vestigia clare apparent. Scriptura est luculenta, saeculi X. aut XI. Alter exhibet totam *Metamorphosin*, nitide,

sed perparvis literis scriptus in membrana, saeculo XII. aut XIII. Conspirat cum Palatino. Hactenus Ernestus. Ultimo loco commemoranda est membrana Jac. Phil. D'Orvillii, saeculo XIII. eleganter scripta, quam ipsi Oudendorpio in manibus habere, et arbitrato suo tractare licuit. Haec una majorem vim variantium praebuit, quam duae tresve ab aliis inspectae. Tanti in hac librorum comparatione refert, quibus oculis et quam otiose rem agas. Idem Codex post domini mortem in Bibliothecam Oudendorpianam pervenit, inde aliquando, si bene novi liberalitatem praestantissimi filii, quem supra laudavi, cum aliis MSS. paternis, quorum luculenta copia superest, in publicam Leidensem migraturus. Sed quibus quam idoneis Codicum praesidiis Oudendorpius instructus fuerit, rectius ex ejus animadversionibus, quam ex narrationis nostrae jejunitate, cognoscetur. Eadem causa est, cur dicere superseam de Emendationibus virorum doctorum ineditis, per totum opus sparsis, v. c. Claudii Salmasii, quae per Ernestum ex Bibliotheca Guelpherbytana; Godefridi Sopingii, N. Heinsii, Is. Vossii, &c. quae ex Bibliotheca Leidensi, et aliunde ad eum pervenerunt. Reliquum est, ut de recensione ceterorum Appuleji librorum, quos nunc Metamorphosi addere non licuit, verbo dicamus. Hi quoque iisdem veterum librorum subsidiis, eademque subtilitate critica castigati sunt: sed Notae sunt minus uberes ac copiosae, sive quod minor, difficultas in illis interpretandis

tandis exoriebatur, sive quod Editor longo opere defungi festinabat. Ceterum speramus, hanc Metamorphosis Editionem, qua literis Latinis, vix dici potest, quantum lucis allatum sit, a bonarum artium studiosis tam cupide exceptum iri, ut, qui in eam impensas fecit, re ipsa experiatur, posse se sine jacturae periculo alterum volumen adjungere. Quod ut prius magnitudine aequet, praeter superiorum Editorum Praefationes, et Indices necessarios, comprehendet Philippi Beroaldi Notas, quae sint e critico genere, et integras Joannis Pricaei, quas Oudendorpius, nes textum copia sua mergerent, hoc volumine exclusit. Illud denique, quantumvis leve, monere non alienum fuerit, Pricaeanae Editionis paginas novae hujus margini adscriptas esse, propterea quod vir doctissimus non nisi ex ea Metamorphosis loca in Notis suis citavit. Vale. Scrib. Leidae, d. 18. April. **MDCCLXXXVI.**



ERUDITO LECTORI

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS.

[Praefatio Tomo IV. *Mureti* operum praeposita.]

CUM, post depulsam seculo xv. barbariam, una cum bonis literis vera eloquentia revocari coepisset, quicumque bene dicendi scribendique laudem appetent, de *Livii* praecepto, quod *Quintilianus* X. 1. p. 493. ex ejus epistola ad filium scripta commemorat: *Legendi Demosthenes atque Cicero: tum ita, ut quisque est Demostheni et Ciceroni simillimus: unius Ciceronis imitandi studio et inter se contentione exarserunt.* Tum altero, ut [ii] ita dicam, Latinitatis aureae seculo in Italia exortunt, qui primum honesto, mox ob servilem quorundam imitationem invidioso nomine, *Ciceroniani* vocarentur, *Bembus*, *Sadoletus*, *Pogianus*, *Majoragius*, *Manutius*, *Palearius*, *Sigonius*, alii, quorum hic locus non capit recensionem. Sed horum omnium luminibus, dici vix potest, quantum offecerit *M. Antonius*



sumtis, ita teneri, ut eos vix deponamus; *Manutianis* autem, quamvis terse et polite scriptis, quod anxium imitandi studium produnt, cito satiari. Quo minus dubitamus *Muretum* cum in-[iv] genio, tum arte scribendi, vere *Ciceronianum* dicere; quamvis ipse, nominis invidiam veritus, sic se appellari noluerit. Quin etiam Var. Lect. xv. 1. ut aetatis suae *Ciceronianos* ureret, profitetur, se interdum ab *Appulejo*, *Cassiodoro*, *Sidonio Apollinari*, et similibus, verba loquendique genera sumere. Quae professio non vera, sed simulata videtur *Caspari Scioppio* de Stil. Hist. p. 64. 75. ut sic *Muretus* latebram paratam haberet, si quid sibi, cujus nullum idoneum auctorem laudare posset, excidisset. *Scioppio* se non sine stomacho quodam opposuit *Jacobus Thomasius* Praefat. ad Oration. p. 8. Sed *Scioppianam* rationem frustra oppugnari, hoc argumento intelligitur. Nimirum, si verum est, quod *Muretus* ait, se ne labentis quidem Latinitatis voces et locutiones refugere, eas, necesse est, in ejus libris reperiri. Atqui, tantum abest, ut quicquam ab istius aetatis scriptoribus mutuatus sit, ut ne a *Seneca* quidem, haud paulo meliore scriptore, quo mire eum delectatum fuisse scimus, multum traxisse [v] videatur. Sed, age, *Mureto* callide loquenti, ut temporis serviret, opponamus *Muretum* sincere et ex animo loquentem, Praefat. ad *Terent.* T. II. p. 653. *Alterum vitium est, quo Transalpini multi (fatendum enim est) laboramus: quod cum in Latini sermonis*

Antonius Muretus, ea felicitate *Tullianam* exprimens eloquentiam, ut, nisi res, quas tractat, recentiorem scriptorem proderent, ipsum *Ciceronem* a te legi putares. Cujus facultatis praestantia, non ab una doctrina, aut a singulari quodam imitandi artificio, quod ceteros fefellerit, sed ab aliis caussis, repetenda videtur. *Plinius Caecilianus*, ut hoc utar, et doctrina abundavit, et lingua Latina adhuc satis integra scripsit, et, ut ipse fatetur, nihil aliud, quam *Ciceronem* imitando effinxit. Nec tamen ulla vel in Epistolis, vel in Panegyrico periodus, quam *Cicero* pro sua vellet agnoscere, reperitur. Aliud exemplum aetas suppeditat recentior. *Paulus Manutius* nec eruditione, nec Latinitatis scientia *Mureto* cedebat, *Ciceronis* imitandi studio fortasse vincebat, quippe tota vita id unum egit, aut optavit, ut *Ciceroni* quam simillimus videretur. Sed is quoque magis secutus *Ciceronem* quam assecutus est, et in hoc imitationis genere jacet cum *Mureto* comparatus. Quid ita? Nempe *Mureto* naturae beneficio idem, quod *Ciceroni*, obtigerat ingenium: *Plinio* et *Manutio* diversa ingenii forma. Ab hac indolis similitudine fluxit illa *Mureti* in qualibet re exprimenda felicitas, venustas in narrando, lepos in jocando, aurium denique sensus in oratione numerostruenda. Compar natura *Muretum* sponte in *Ciceronis* vestigia deducebat: at dispar *Manutium* invitum et reluctantem alio trahebat; ut non sit mirandum, nos *Muretinis* libris, semel in manus sumtis,

Petrus Joannes Perpinianus, natione Hispanus: qui, nisi in medio spatio corruisset, ipsi *Mureto* palmam eloquentiae dubiam fecisset. Quanquam fateor, utrique doctorum Italorum, tanquam *Corradi*, [vii] *Maffeji*, *Manutii*, consuetudinem profuisse.

Sed, his missis, causas, quæ nos impulerint, ut *Mureti* Opera, in unum corpus congesta, ederemus, age, breviter explicemus. Etsi nemo dubitat, quin juvenus, ad Latinam eloquentiam informanda, in veterum scriptorum, maxime *Ciceronis*, lectione continenda sit, utile tamen est, unum alterumve e disertis recentioribus cognosci, ut ejus exemplo via ratioque imitandi facilius intelligatur. Cui consilio quis potest esse accommodatior, quam *Muretus*? Nec tamen eundem in scholas recipi velim, et tanquam classicum scriptorem praelegi adolescentibus: ut in quibusdam Germaniae scholis, me puero, fieri solebat. Inprimis autem in *Mureto* iterum edendo spectavi id, quod jam dicam. Multi et hic, et alibi produntur libelli e critico genere, quibus adolescentes ingeniosi Emendationes et Conjecturas in Graecos Latinosque scriptores exponant. In eorum plerisque eruditionem, acumen et solertiam [viii] admiror. Sed iidem partim tam jejune, partim tam inquinate scripti sunt, ut fastidium et nausea legentibus oboriatur. Hos igitur Critices studiosos *Mureti* exemplo docere volui, posse Emendationes non solum mundo exquisitoque orationis genere explicari, sed etiam, in summa tenuitate rerum, aliqua

D. RUHNKENII

suavitate, quae lectores teneat, condiri; omninoque turpissimum esse iis, qui veterum elegantias aliis enarrent, ipsos uti sermone barbáro et lutulento. Non est inter recentiores, si Latinitas spectetur, *Mureto* scriptor emendatior. Vel sic tamen ei non sentienti quaedam minus Latina surrepserunt. Quae ne juvenes, quibus hanc Editionem comparavi, tanquam probe dicta arripiant, feci idem, quod vir in paucis Latine doctus, *Lagomarsinus* in *Julii Poggiani* Epistolis edendis fecit, ut in talibus locis, quid Latinitatis ratio postularet, breviter monerem: Etsi vero nullum consilium erat, omnia ad vivum resecare, quaedam tamen manifeste vitiosa a me [ix] praeterita esse, sero animadverti. Ita, quod legitur T. I. p. 145. *caussa discussa, pro, caussa cognita, cadentis, vel potius jacentis Latinitatis est. Eodem Tomo I. p. 376. bis scribitur, potuerit, ubi Grammatices ratio postulat, poterit. T. IV. p. 609. in sententia quid reprehendam, non habeo. Qui error Mureto cum multis, etiam Latine doctissimis, communis est. Nunc, post Ernesti hac de re disputationem in Praefat. ad Ciceronem, nemini dubium esse potest, quin scribendum sit: in sententia quod reprehendam, &c. Dixi de prima caussa Mureti formulis typographicis repetendi. Altera haec est. Complures Mureti libelli sic evanuerant, vix jam ut comparerent. Quorum omnium cum, post longam investigationem, copiam nactus essem, nihil antiquius habui, quam ut eos sempiternae oblivioni, in quam,*

quam, verendum erat, ne caderent, hac nova Editione eriperem. Initium eorum colligendorum factum erat Ingolstadii, auctore *Marco Velsero*, praestantis doctrinae viro, qui *Muretum* Romae docentem audiverat, teste *Marco Antonio Bonciario*, qui et ipse *Mureti* disciplina usus est, Epistol. IX. 12. *Mureti* autem Opuscula partim edita, partim inedita, per hanc occasionem ad Ingolstadienses pervenerunt. *Andreas Schottus*, vir non ille quidem exquisitissima doctrina praeditus, sed literarum juvandarum studio nemini secundus, cum post *Mureti* mortem Romam venisset, *Muretina* Anecdota, in his quatuor libros *Variarum Lectionum*, de quibus mox dicemus, sibi vindicavit. Cujus rei notitiam debemus *Mureti* discipulo, *Josepho Castalioni* Observ. Decade VI. Cap. 2. Reversus in patriam *Schottus*, haec Anecdota *M. Velsero*, cujus tum summa in literis erat auctoritas, edenda commendavit. Qui exquisitiorem eorum partem, *Variarum Lectionum* Libros IV. et *Observationes Juris* ipse in lucem emisit Augustae Vindelicorum a. 1600. 8. reliquam partem Ingolsta- [xi] diensibus edendam concessit. Quibus ita licuit omnium plenissimam *Orationum*, *Epistolarum*, et *Hymnorum* Editionem prodere ex officina *Davidis Sartorii* a. 1592. quamvis homo obscurus, *Johannes Croesselius*, qui huic Editioni praefatus est, nec *Schotti*, nec *Velseri*, per quos Editio sic locupletata videtur, ullam fecerit mentionem. Hinc Ingolstadienses curam suam ad Opuscula edenda converterunt.

runt. Decennioque post, a. 1602. 8. duo volumina apud *Adamum Sartorium* prodierunt, quorum prius, editum 24. Aprilis, complectitur *Commentarios in Aristotelis X. Libros Ethicorum, et in Oeconomica, Topicorum libri septimi, et in eundem Alexandri Aphrodisiensis commentarii interpretationem, Commentarium in Lib. I. et II. Platonis de Repub. Notas in Cyropaediam et Ἀνάβασιν Xenophontis*: posterius, editum Kal. Octobribus, *Commentarium in I. et II. Librum Rhetoricorum Aristotelis, et ejusdem interpretationem ex Graeco, Librum singularem in primam quaestionem Tusculanam Ciceronis, Notas in III. Libros de Officiis, et in V. de Finibus, in Orationem pro Dejotaro, Commentarium in Catilinaris*. Biennio post a. 1604. accessit tertium volumen, continens *Commentarios in V. libros Annalium Taciti, et Notas in Sallustium*. Singulis voluminibus, bibliopolae nomine, praemissa est dedicatio, disertam habens professionem, illa Opuscula *Schotto* et *Velsero* accepta referenda esse. Dedicazione prima: *Haec ipsa elegantissima opuscula, quae hic typis excusamus, perierant, nisi illa Andreas Schottus, Societatis Jesu, Mureti admirator, ex sparsis schediasmatis, quorum multa ipsius Mureti manu exarata erant, collegisset, thesaurique loco conservasset.* ———
Quae bono publico literario hic damus, si non emendatissime, ut voluimus, causa est, quod sparsa folia Sibyllae fuerint, male habita, lacera, exesa, uno verbo jamjam interitura, nisi, de quo dixi, Schottus, et
nobilis

nobilis amplissimusque dominus, Marcus Velserus, Duumvir Augustanus, illa ab interitu vindicassent. Dedicatione secunda: Posthuma Mureti suppeditavit nobis Bibliotheca Marci Velseri, reipublicae Augustanae Duumviri. Denique dedicatione tertia: Andreas Schottus, *Antverpianus, Societatis Jesu sacerdos, qui pleraque opera Mureti, necdum in lucem edita, post excessum auctoris, ex ipsius adversariis eruit, et, ut conservarentur, effecit.* Eas autem dedicationes scriptas esse suspicor a *Jacobo Gretsero, tum Professore in Academia Ingolstadiensi, qui Muretinis Opusculis inepte adjecit Notas et Varias Lectiones in Georgium Codinum Curopalatam de officiis Palatii Constantinopolitani, item Faculam Georgio Codino Curopalatae accensam: quarum Notarum auctorem Gretserum esse, satis constat.*

Post Ingolstadienses a. 1727. ad *Mureti Opera* colligenda animum adjecit Bibliopola Veronensis, [xiv] *Jo. Albertus Tumermanus, nescio quo adjutore usus, quem et Vita Mureti, et Dissertatio de ejus Operibus et Editionibus, satis ostendunt, fatuum ineptumque hominem fuisse. Habuit tamen a viro doctissimo, Joanne Baptista Recanato exemplum Aldinum Orationum, in quo Muretus non solum Orationes, sed etiam additam Orationibus versionem Libri V. Ethicorum manu sua castigarat. Quas correctiones in Editionem nostram recepimus. Idem promisit, se similes Mureti emendationes in Carmina daturum. Sed res non apparet. Omnino tota ista Editio*
Veronensis,

Veronensis, quinque Tomis in forma octava constans, et sordide excusa est, et negligenter curata, et, cum titulus *Mureti Opera omnia* promittat, vix dimidiam Operum partem exhibuit. Ex Opusculis tribus Ingolstadiensibus, quorum summa raritas est, ei non nisi unum volumen ad manum fuit. Cumque desperasset, sibi duorum reliquorum copiam [xv] futuram, Editionem inchoatam destituit, omniumque exspectionem decepit. Multo diligentius partes Operum, id est, Orationes, Epistolas, Carmina, curarunt eruditissimi viri, *Jacobus Thomasius* et *Joannes Checcotius*, ille Lipsiae a. 1672. hic Patavii a. 1741. cujus etiam Editio commendationem habet ab ineditis quibusdam in lucem vocatis. Utriusque Praefationes, bonae frugis plenas, huic Editioni praemisimus.

Nunc de singulis partibus, quas Editio nostra comprehendit, proprie dicendum est. Primo loco positae sunt Orationes, ad Editiones *Aldinas*, et optimam illam Ingolstadiensem studiose a nobis exactae. Quibus, nostra demum aetate, luculenta facta est accessio. Namque *Checcotius* earum numerum auxit una integra, edita illa quidem, sed paucis cognita, et alterius ineditae fragmento. Utramque reperies T. I. p. 363. hujus Editionis. Brevi post *Petrus Lazarius* Tom. II. *Miscellaneorum ex MSS. Libris Bibl. Collegii Romani Societatis Jesu*, alia duo Fragmenta Orationum ex MSS. protulit. Quibus, quoniam *Lazerianus* liber serius ad
nos

nos pervenit, locum dedimus in Auctario Operum *Mureti*, T. IV. p. 598.

Epistolas locupletavimus undecim ad *Lambinum* scriptis, de quibus quod scire necesse est, diximus ad T. I. p. 377. novendecim a *Lazerio* l. c. editis, et sex per aliorum libros sparsis, quas in Auctarium Operum T. IV. p. 582. coniecimus. Earum indicium nobis fecit vir eximus, et de hac *Mureti* Editione praeclare meritus, *Jacobus Morellius*, quem ex literis ad nos datis et humanitatis studiis perpolitum, et vix credibili historiae literariae scientia praeditum cognovimus; ut Bibliothecae *D. Marci* talem tam omnibus numeris absolutum praefectum jure gratulemur. Removimus autem ex *Muretinis* epistolas *Pauli Sacрати*, quas addiderat *Thomasius*, correctas illas quidem, ut suspicari licet, a *Mureto*, sed [xvii] rerum inanes, nec magnopere dignas, quae legantur, aut requirantur.

Epistolas T. I. p. 653. excipiunt Juvenilia ad Editionem Parisinam A. 1552. expressa, item Poëmata varia ex Editionibus *Aldinis*, p. 733. quibus quatuor ineditas Elegias, in his illam prope divinam ad *Jo. Bapt. Amaltheum*, adjecit *Checcotius* T. I. p. 783. et jambicum carmen *Lazerius* T. IV. p. 618. Nos quoque duo Fragmenta Elegiarum T. I. p. 788. ex MS. protulimus, tum immemores, ea jam extare in Commentar. in *Aristotelis Ethica* T. III. p. 296. 454. *Thomasius* habuit Carminum Editionem *Aldinam* a. 1575. plures Elegias, quam

in ceteris sunt, exhibentem. In quibus cum homo tristioris naturae versus quosdam molliculos et parum pudicos reperisset, ea carmina Editione sua nimis severe exclusit, et mihi, qui nihil, quod a *Mureti* [xviii] manu profectum esset, praetermittere statuissem, necessitatem imposuit illius Editionis diu et frustra quaerendae. Ex qua tandem inventa Cl. *Morellius* Elegias, quibus T. IV. p. 612. locus datus est, pro humanitate sua descripsit. Ceterum, si *Mureti* numeri non tam leniter cadunt, quam *Flamini*, aut *Molsae*, id Latini sermonis munditie, qua plerosque recentiores Poetas vicit, facile compensatur. In *Catulliano* quidem genere sic excellit, ut, *Joanne Cotta* excepto, parem habeat neminem. Si quando in metri ratione lapsus reperitur, culpam sustineant pravae veterum Poetarum Editiones, a quibus in fraudem inductus est. Eos errores cum in exemplo suo notasset *L. Santenius*, legitimum sonum digitis et aure callens, facile ab ejus humanitate impetravi, ut illas Notas huic Praefationi subjici pateretur.

Sequitur, ut de Phidiaco opere Variarum Lctionum dicamus. Earum libri viii. primum pro- [xix] dierunt Venetiis 1559. 4. deinde libri xv. Antverpiae apud *Plantinum* 1586. 8. Reliqui iv. quomodo, post *Mureti* mortem, ad *Schottum*, inde ad *Velserum*, eorum Editorem, pervenerint, cum supra dictum sit, nihil attinet repetere. Illos iv. libros cum superioribus xv. deinceps *Janus Gruterus* intulit in *Lampadem Criticam* T. II. p. 1154. Hic

si Criticum agere voluissem, saepe mihi res ipsa copiosam materiem dedisset. Sed talis disputatio non congruebat hujus Editionis consilio.

Scholia in *Ciceronis* *Catilinarias*, et *Philippicas*, *Terentium*, *Catullum*, *Tibullum*, *Propertium*, *Horatium*, ex *Aldinis*, quoad ejus fieri potuit, Editionibus expressimus. *Terentium* antequam *Muretus* totum Venetiis ederet, Parisiis a. 1551. prodidit Scholia quaedam in *Andriam* et *Eunuchum*, ab ipso T. II. p. 662. commemorata. Quem libellum inventu rarissimum nunquam vidimus. At vidit *Morellius*, V. C. quem fugitivorum, ut vocantur, opusculorum nihil fugit. Libellus a *Mureto* inscriptus est eidem [xx] *Joanni Costecando*, ad quem extat carmen in *Juvenilibus* T. I. p. 708. ubi operarum errore legitur *Costecaudo*. Brevis illa dedicatio haec est:

M. Antonius Muretus

Joanni Costecando suo

S. P. D.

Quae, cum tibi annum abhinc alterum Terentii fabulas privatim explicarem, codicis mei marginibus adscripseram, ea, quantum memoria repetere potui, rogatus in publicum emitto. Sive enim studiosis hujus auctoris aliquid mea opera fieri potest, denegandum id eis non puto: sive minus, at certe facilis chartarum aliquot futura jactura est. Hoc autem, quicquid est, tibi dicatum volo, ut intelligas amicorum etiam absentium

memoriam a me studiosissime coli. Vale. Lutetiae
16. Sept. 1551.

[xxi] Ipsa autem Scholia, quae *Muretus* maturiore aetate castigavit, et in pleniorum *Terentii* Editionem traduxit, non tanti putabamus hic repetere, aut, in quo a posterioribus differrent, indicare.

Scholia in *Senecam* non ex Editione Romana, *Mureto* mortuo, per *Franciscum Bencium* curata, quam in ipsa Italia rariorem esse, testis est *Checcotius* in Praefat. p. 102. sed ex Parisina a. 1607. sumimus. Romanae si facultas nobis fuisset, non neglexissemus ejusdem *Bencii* Praefationem addere; quae quicquid scite docteque scripta sit, dubitare non sinit reliqua hominis elegantia.

Notae in *Tacitum* duplicis generis sunt, aliae criticae, aliae tironibus dictatae. Criticas *Acidalius* descripsisse videtur ex eo exemplo, quod nunc est in Bibliotheca Collegii Romani, vel ex alio inde propagato: de quo *Laxerius* de Vita et Script. *Mureti* p. 561. Lectiones adolescentibus comparatas Ingolstadienses ediderunt. Quae tametsi non multum eruditionis exquisitae continent, tamen a [xxii] venustate quadam, *Mureto* propria, commendationem habent.

Omniū minime *Mureti* ingenio dignae sunt Annotationes in *Justiniani* Institutiones, ex ejus ore exceptae, quas, mendis contaminatas, nescio quis Lugduni 1602. vulgavit. Nos in iis repetendis emendatiorem Editionem *Ultrajectinam* secuti sumus.

Juvenilis

Juvenilis etiam *Mureti* Commentarius in *P. Ronsardi* Amores, Gallice, *Les Amours de P. de Ronsard*, commentées par *Marc Antoine de Muret*, a Paris 1553. 8. etsi laudatus a *P. Burmanno Secundo* Praefat. ad *Lotich.* p. 21. sine magno lectorum damno omitti potuisset, nisi futuri essent, qui dicerent, non omnia *Mureti* Opera, quae titulus promittit, hac Editione contineri.

Haec sunt, quae sub *Mureti* nomine in lucem emissa reperiuntur. *Joannes Lamius* in *Vita Richardi Romuli Richardii* Florentiae a. 1748. Epistolam et Elegiam, sine auctoris nomine in MS. repletam, protulit, tribuitque *Mureto*. Utramque hic ponamus, ut penes lectores sit iudicium:

Riccardo Riccardio S. P.

[xxiii]

Ain tu? vivit et valet Victorius noster? et magnus senex pulcherrimis literarum monumentis patriam suam illustrare pergit? O gratum mihi, o jucundum nuncium! nam superioribus mensibus, quae volebamus, hic de illo sparsa erant. Nulla mihi cum homine familiaritas (nunquam enim inter nos vidimus) at singularis intercedit amicitia, quam ille munusculo non vulgari confirmaverat. Nam, praeter epistolam umanter et officiose scriptam, Aristotelis de R. P. libros summa cura castigatos dono Romam usque ad me misit; et parabam ego quidem, sed gravissimis negociis impeditus parem gratiam referre non potui. Te vero illius discipulum, juvenem moribus sitatissimis,
et

et tanto praeceptore dignum, ni amem; nae ego, quem omnes homines oderint, dignus videri debeam. Quod si vita suppetat, ut hujus meae erga te benevolentiae [xxiv] testimonia aliquando exstent, dabo operam. Interea (quando te ita velle intellexi) carmen mitto paucis a me horis concinnatum, luctuoso et parum grato argumento, quo immaturum tuae Reginae obitum justissimis quidem lacrimis defleo. Quid vero in eo carmine praeter novitatis gratiam laudari possit, non video; sed ego imperitiae notam subire, quam honestissimo tuo desiderio deesse, malui. Thraciam istam legationem prospere tibi evenire opto: tu fac, ut quam primum sospes salvusque ad tuos Florentiam revertare. Bene vale. Domi, IIII. Idus Maji.

In obitu Joannae Etruriae Reginae Elegia.

*Nonus adest mensis, fatalis et appetit hora;
 Jam gravis Etrusca rumor in urbe sonat.
 Quid sit in incerto est, at languet regia conjux,
 At soror invicti Caesaris aegra gemit.
 Dicite, quis propius fas est accedere Divos,
 Filius, an nata est scita puella domi?
 [xxv] Heu male! quod sparsis incedit Flora capillis;
 Errat et huc illuc pallida turba metu.
 Et Dux ille Ducum longe subspirat, et ora,
 Ora prius lacrimis humida, pallor habet.
 Ergo nurus magni Cosmae cadet? ergo sub umbras
 Tot spes, tot curas, auferet una dies?
 Et vos ignavi Medici cessastis, et artem
 Non lapis, aut succis arguit herba potens?
 Nec tu, Juno parens, nec opem Lucina, tulisti?
 Phillyrides ubi tunc, aut ubi Phoebus erat?*

Pallet,

*Pallet, et heu totos invasit frigidus artus
 Sudor, et in medio lumina morte natant.
 Jam jacet Etruscas nuper Regina per urbes,
 Jam cinis est, et quem tantula caelet humus.
 Nondum forma tamen, nec adhuc nitor ille recessit;
 Spirat in augusta fronte serenus honos.
 Sic matutinae violae, si decidat imber,
 Molle caput riguo deposuere solo.
 I modo, et ingentes populos, et Norica regna,
 Castraque Germanis inclita Caesaribus;
 Et Medicum titulos, et opes, et nomina, gentis,
 Et clarum Occiduis Regibus adde genus,
 Cum suprema manu legerunt fila Sorores,
 Nox manet una omnes, et Stygis atra palus;
 Nec remeare licet: consurgit aheneus alte
 Murus, et infernas stat Canis ante fores.
 Exsilit illa tamen, vincisque exsuta malignis
 Corporis, illustri legit in arce locum.
 Qualis in aëria consedit turre columba;
 Igne rubet pectus, cetera labe carent.
 Inde graves luctus, subspiraque aegra, mariti
 Ridet, et hic mecum serius, inquit, eris.
 Adspicit et natas, et qui jam regius infans
 Surgit in imperium, claraque facta, patris.
 Curre, puer, magnumque animis imitare parentem,
 Haereat et toto pectore Cosmus avus.
 Nec tibi Caesar avus, nec avunculus excidat alter
 Cuesar, et Austriacae nomina tanta domus.
 Tu quoque jura dabis jam tum, cum pace solutus
 Stet pater, et longum vixerit ille senex.
 Tum te magnanimi Tusci mirentur in armis;
 Adgnoscat veteres Itala terra duces.
 Ibit et effusis tum laetior Arnus in undis,
 Et fluet Ausoniis aemulus Ister aquis.
 Dixit, et a laeva micuere impensius ignes,
 Et rutilam visa est spargere stella facem.*

[xxvi]

[xxvii]


Bandinus

Bandinus in *Vita Petri Victorii* p. 69: negat, hanc epistolam esse *Mureti*, propterea quod non singularis amicitia, ut ab auctore epistolae dicitur, sed perpetua similtas inter *Muretum* et *Victorium* intercessit. Cui prorsus assentimur. Accedit, ut epistola, quamvis elegans et Latina, non ea facilitate, quam in *Muretinis* miramur, scripta esse videatur. Elegiae vix quicquam ad summam elegantiam deest, etsi non sit a *Mureti* ingenio profecta. Nollem ejus auctor ultimam in *ergo* corripuisset, et *spar-*
 [xxviii] *gere stella*, neglecta debili positione, durius scripsisset. Vox etiam *tantula* magis comica est, quam elegiaca, iudice *Santenio* nostro.

Erunt fortasse, qui *Mureti* in *Petronium* Notas a nobis praetermissas querantur. Certe in *Catalogo Biblioth. Bodlejanae* p. 475. *Mureti Annotationes in Petronii Arbitri Satyricon. Helenopoli* 1610. 8. memorantur: cujus catalogi fidem secutus videtur *Lazerius* in *Vita Mureti* T. IV. p. 564. Sed eas Annotationes non extare certum est. Errorem peperit Index interpretum, illi Editioni a *Goldasto* praepositus, ubi *Mureti* annotationes referuntur, non ut editae, sed ut aliquando edendae. *Goldastus* autem haud dubie respexit verba *Petri Danielis* Praefat. ad *Petronium*: *M. A. Muretus, vir undecumque doctissimus, quem audio ex vetustissimo et integerrimo Codice Petronii editionem absolutissimam publice parare.*

Plura

Plura *Mureti* Anecdota Romae latent cum in Bibliotheca *Barberiniana*, tum inprimis in illa Col-[xxix] legii Romani Soc. Jesu, in quam major pars librorum *Mureti* migravit; de quibus vide *Lazerium* l. c. Unde ut a doctis Italis in lucem vocentur, bonarum literarum causa optamus. Vale, erudite Lector, et nobis fave.



[A. H. L. Heerenio *de codice Vossiano* percontanti
respondit RŪHNKENIUS :]

QUOD de Eclogarum codice quaeris, nullus unquam fuit in Bibliotheca Vossiana. Nam *P. Colomesius*, qui confecit indicem Vossianorum MSS. in Anglia editum, aut *Stobaei Eclogas ab editis discrepantes* appellavit supplementa ex cod. [xlii] Antonini Augustini, quae sunt in Vossiana, aut ob oculos habuit alium praeclarum codicem Vossianum, Excerpta ex *Stobaei Florilegio* complectentem. Qui codex, cum obscure, vel potius inepte, indicatus esset in *catálogo Leidensi* p. 399. vir summus, *L. C. Valckenarius* operae pretium duxit, accuratissimam ejus descriptionem dare in *Diatrib. in Eurip.* c. 19. p. 198.—

[*Heeren. in notitia Codd. MSS. Ecl.*
J. Stobaei. xli,ii.]

VIRO

VIRO ILLUSTRIS
JOSEPHO DE RETZER,

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS.

ETSI praeclara opera, quam *Balbo*, ex inferis ad vitam revocato, navasti, omnibus veterum Latinarum studiosis gratissima accidit, nemini tamen gratior, quam mihi, ejusdem laboris in *Mureto* edendo socio et consorti. Quo majores Tibi gratias pro munere pulcherrimo ago, et me Tibi plane devinctum esse fateor. In carminum *Balbinorum* lectione cum me multa vitia, quae ex superioribus Edd. in hanc novam, Te invito, irrepserant, non mediocriter turbarent, librum legendum et corrigendum dedi *Laurentio Santenio*, cui haec aetas vix parem habet in Latinis poetis tractandis. Sic natae sunt exquisitissimae in *Balbum* animadversiones, quas, mea sententia, recte feceris, si ad communem utilitatem protuleris, et, tanquam appendicem, *Balbi* operibus subjeceris. Video quidem plerosque errores in fine Tomi II. esse sublatos. Sed *Santenianae* correctiones doctrinam habent utilem futuris poetis. Vale, vir illustris, et quod [146] facis, litteras nostras ornare perge. Dab. Lugd. Bat. d. 20. Jul. 1792.

[Ex comment. Soc. Philol. Lips. II, 145, 6. 1.]

[*Vira doctissimo, Joanni Schweighausero, de quibusdam emendationibus in Polybium per literas disserenti, rescripsit RUHNKENIUS:*]

RECTE suspicatus es, Emendationes, per Wyttenbachium ad Te missas, non esse a Scaligero profectas. Ego, hac dubitatione injecta, libri scripturam cum manu Scaligeri, quae in multis Bibliothecae nostrae libris est, accuratius comparans, non parum discriminis vidi: sed, cujus manus sit, ignoro; [xvii] certe non est Isaaci Vossii, qui librum olim possedit. Verae autem ipsius Scaligeri Emendationes, ab Abrahamo Gronovio laudatae, quo pervenerint, tandem indagavi. In Catalogo Bibliothecae Abr. Gronovii p. 18. haec leguntur: *Polybius graece et latine. Basileae 1549. cum Annot. MSS. Legatum Josephi Scaligeri.* Quod exemplum ex Bibliotheca Heinsiana ad Gronovios transiisse, intelligitur ex Catalogo Bibliothecae Heinsianae p. 284. *Polybius Gr. et Lat. Basil. 1549. Olim Josephi Scaligeri, cujus Notis MSS. in margine passim refertus est. Deinde Danielis Heinsii, qui et sua manu varia addidit.* Jam cum ex Bibliopola, qui Gronovianam Bibliothecam vendidit, quaererem, quis illum Polybium emisset,

emisset, mihi indicavit Virum Clarissimum, Carolum Segaar, Graecae Linguae Professore in Academia Trajectana. Quem si literis compellaveris, vix dubito quin tibi copiam libri facturus sit.——

[E praef. ad T. V. xvi, xvii. Lips. 1792.]

F I N I S.

PRAEFATIO

AD

SCHELLERI LEXICON.

QUATUOR præstanti doctrina viri Lexicorum Latinorum curam, quae vehementer desiderabatur, aetate nostra susceperunt, in iisque emendandis et augendis tanta cum laude versati sunt, ut, multorum iudicio, nihil admodum aliis, quod agerent, reliquisse viderentur. Primus Joannes Matthias Gesnerus, quid in hoc genere efficere posset, Basiliæ Fabri Thesauri reficiendo et amplificando ostendit, et aliquanto post, majus opus aggressus, novum Latinae linguae Thesaurum construxit. Sub idem tempus Jacobus Facciolatus, cui Latinitatis scientia et Latine scribendi elegantia comparo paucos, antepono neminem, egregium Lexicon condere instituit, Aegidio Forcellino, quem ipse ad hoc studium formarat, adjutore usus: qui tandem solus, sed sub Facciolati auspiciis, opus perfecit. Adhuc haec erant. Duodecim annis interjectis, ad

*

eandem

eandem Latinitatis recensionem ex disciplina Ernestina venit J. J. G. Schellerus, Latinarum literarum laude excellens, cujus libri, ad Grammaticam rationem pertinentes, non solum in Germania, sed etiam in Belgio vigent. Hi viri doctissimi tametsi superioris aetatis Lexica sic obruerunt, ut vix amplius appareant, tamen quicumque eorum libros excuserit accuratius, quantum iis ad perfectionem, quam in hoc genere expetimus, desit, facile animadvertat.

Primum in delectu scriptorum, unde verba et loquendi formae ducuntur, non mediocriter errant. Etenim cum inter omnes, quorum de his rebus iudicium est, satis constet, illibatam illam, et unquam hoc nomine dignam Latinam linguam iis scriptoribus, qui usque ad Antoninorum tempora floruerunt, [ii] contineri, nec eos terminos ultra esse proferendos, Lexicographi nostri, credo, veriti, ne lingua, si ex optimis tantum sumeretur, inopia laboraret, per omnes aetates vagati, quidquid Lexicis constipandis inserviret, arripuerunt, et prorsus, ut proverbio dicitur, de faece hauserunt. Ita tanquam idonei testes citantur Ammianus Marcellinus, Marcianus Capella, Sidonius Apollinaris, Cassiodorus, etc. id est, scriptores Latine balbutientes. Ventum est adeo ad Theologos Christianos, nunquam somniantes, fore aliquando, ut a se quoque symbolae ad Latinitatem probandam corrogarentur. Ac fuit nescio quis in istis, quorum diligentia Fabrianus Thesaurus ad hanc magnitudinem crevit, qui se pulchre de
 Latina

Latina lingua meritum speraret, si verba et verborum constructiones ex Tertulliano, quod is ceteris Theologis Latinis antiquior esset, in Lexicon referret. A cuius sententia, dici vix potest, quanto pere dissentiam. Sit Tertullianus quam velis eruditus, sit omnis peritus antiquitatis: nihil impedio: Latinitatis certe pessimum auctorem esse ajo et confirmo. At usus est sermone eo, quo tum omnes Afri Latine loquentes utebantur. Δωρίσθεν δ' ἔξῃστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι. Ne hoc quidem concesserim. Nam si talis Afrorum sermo fuit, cur, non dicam Appulejus et Arnobius, scriptores priscae elegantiae studiosi, sed Cyprianus, Augustinus, et alii ex eadem gente aliter locuti reperiuntur? Quid ergo? Fecit hic, quod ante eum arbitror fecisse neminem. Etenim cum in aliorum vel summa infantia tamen appareat voluntas et conatus bene loquendi, hic, nescio qua ingenii perversitate, cum melioribus loqui noluit, et sibimet ipse linguam finxit, duram, horridam, Latinisque inauditam; ut non mirum sit, per eum unum plura monstra in linguam Latinam, quam per omnes scriptores semibarbaros, esse invecta. Ecce tibi indicem atrum paucorum e multis verborum, quae viros doctos non puduit in Lexica recepisse. *Accendo* pro lanista, *captatela* pro captatio, *diminoro* pro diminuo, *extremissimus*, *inluxor*, *irremissibilis*, *libidinosus gloriae* pro cupidus gloriae, *linguatus*, *multinubentia* pro polygamia, *multirorantia*, *nascibilis*, *nolentia*, *nullificamen* pro

eadem maturiori aetati necessaria est ad eruditionis copiam et varietatem parandam. Quodsi forte dicas, eam aetatem, quae eruditionem venatur, satis per se sapere, nec tali praesidio indigere, fateare tamen necesse est, ea, quae diversae formae et aetatis sint, secerni et separatim tradi debere, non, ut vulgo sit, vetera cum recentibus, recta cum pravis misceri. Quis enim nescit, tirones, quibus Lexicon, omnia promiscue complexum, in manibus sit, cum quid Latine scribere conantur, permulta vitiosa temere arripere, et semel arrepta per omnem vitam tenere, nec boni magistri admonitione, aut libellis, qui de Barbarismis scripti sunt, facile elui sordes, tam mature contractas, et tam alte haerentes. Quo magis necessarium videtur, fontem, unde ista labes tam late dimanavit, obstruere, id est, juventuti ad humanitatem informandae Lexicon tradere, quod, sentina exhausta, solum Latinitatis florem habeat, et cum ad classicos scriptores intelligendos, tum ad bene scribendum satis adjumenti praestare videatur. Paulo ante Lexicographos in eo reprehendimus, quod iis, quibus nulla testimonii dictio est, testibus utantur. At quis credat, ab iisdem etiam tanquam fide dignos testes citari scriptores commentitios, aut per lusum jocumque fictos? Sic bona fide laudant Supplementa Plautina, quae sunt Codri Urcei et aliorum recentiorum: Ciceronis epistolas ad M. Brutum, et Bruti ad Ciceronem, quas ab homine scholastico confictas esse, Jacobus Tunstallus et

Jere-

Jeremias Marklandus tam perspicuis argumentis demonstrarunt, ut nihil dubitationis relinquerent: Cornelii Galli elegias, dudum Criticorum obelo confixas; Messalam denique Corvinum de progenie Augusti, sive verius ex aetate barbara nugatorem. Sed multo mirabilius est, in praestantissimis etiam Lexicis locum datum esse vocabulis, quae nullius, ne barbari quidem scriptoris, auctoritate nitantur. Ea quis primus in Lexica intruserit, nec tanti est scire, nec quaerere vacat. Suspikor tamen, profecta esse vel a Calepino, vel a mercenariis homi-
 [iv]nibus, qui Calepinum accessione undecunque corrasa amplificarunt. Hujus notae sunt *abditamentum, accessor, amasia, aversator, caespito, captabundus, defloro, demadeo, incertitudo, incurabilis, inductor, intergredior, mungo, alia*. Quae in Lexicis ponere, et simul fateri, nullo in scriptore esse reperta, quid aliud est, nisi lectorem ludere et frustrari? Satis de scriptorum delectu, a Lexicographis neglecto.

Alterum, quod in iis requirimus, hoc est, Ex quo, discussis ignorantiae tenebris, initium factum erat classicorum scriptorum in lucem revocandorum, omnis Criticorum cura eo conversa est, ut iis misere foedatis ac depravatis pristina integritas restitueretur. Ex quo consilio quam immensa vis criticarum observationum nata sit, quis est, qui ignoret? Jam nemo speret futurum, ut ante Latinae linguae Lexicon justum et omnibus numeris expletum habeamus, quam melior pars critici apparatus, quem

quem diximus, eo sit perite et scienter collata. Gesnerus quidem Criticorum commentarios excussit aliis diligentius. Veruntamen, incredibile dictu est, quantum per festinationem, vel longi laboris taedium praetermiserit. Schellerum excusatum habet fortunae locique conditio. Is enim dignus, si quis alius, cujus eruditio majore theatro spectaretur, literas tenui mercede docet in urbe Marti quam Musis aptiore. Non item excusandi sunt Facciolatus et Forcellinus, quorum utrique publicae privataeque Bibliothecae Patavii patebant.

Denique Lexicorum conditores nulla in re peritioribus minus satisfecerunt, quam in significationibus *πολυσήμων* digerendis et ordine tradendis. Gesnerus, ut hoc iterum utar, unam alteramve notionem commemorasse satis habens, statim exempla, nullo discrimine, velut in saccum fundit, lectori hujus farraginis discernendae curam delegans. Ita quod facillimum est, sibi agendum sumsit, quod difficillimum, aliis reliquit. At vero primus omnium Facciolatus praeclare ostendit, quo et ordine et modo multiplices vocum significationes a nativa et propria per varios gradus ducerentur. In qua distincta et bene digesta notionum explicatione, si verum quaerimus, posita sunt omnia. Eandem rationem, a Facciolato acceptam, Forcellinus tenuit, et utrumque imitatus Schellerus, subtilius et prorsus ad tenue elimavit. Quo magis miror, nullam Facciolati, cui tantum debeat, mentionem ab eo factam esse.

Reli-

Reliquum est, ut de Schelleri Lexico, ejusque in Belgio repetitione sigillatim dicamus. Dudum homines eruditi vota fecerant, ut Samuelis Pitisci Lexicon, multis partibus vitiosum, quod nimium diu scholas Belgicas tenuit, puerorum manibus excuteretur. Sed nullum aliud, quod ei substituere-
 [v] tur, exstabat. Tandem, ubi Schellerianum prodiit, librariis auctor fui, ut illud, correctione quadam adhibita, cum versione Belgica repeterent. Ab his, nescio quid commendationis libro ex nomine meo sperantibus, etiam atque etiam rogatus, ut ipse editioni praeessem, alienum ab hac provincia animum ostendi. Inglorium enim judicabam laborem, qui in tali opere, et eo quidem alieno, recensendo consumeretur, praesertim cum alia, quibus major laus parari posset, instituta haberem. Postea tamen et utilitatis publicae cogitatio, et recens exemplum Ernesti, similem operam Hedericiano Lexico Graeco navantis, fecerunt, ut recensione curam mihi paterer imponi. In qua, quid egerim, breviter narrabo. Schellerus etsi in primis, ut debuit, Latinitatis rationem habuit, miro tamen consilio magnam vim Historiae, Geographiae, Mythologiae, et aliarum rerum, Lexico suo infersit, credo, ut tirones Lexicon quoddam καθολικὸν, vel bibliothecam scholasticam, uno libro comprehensam, haberent. Ex quo in quantam, et puerorum manibus vix tractandam, molem iste πανδέκτης excreverit, facile est ad intelligendum. Nos autem, nil nisi Latinitatis Lexi-
 con

con requirentes, ista, tanquam aliena, extrusimus omnia, magis rationi consentaneum existimantes, Historiam Romanam a pueris disci ex Eutropio, Geographiam ex libello Cellariano, Mythologiam ex Dammiano, aut similibus, quam sic divulsa et per Lexicon sparsa cognosci. Ex Mythologia tamen ea deorum vocabula, quibus res quaedam apud Romanos nuncupatae sunt, retinuimus, velut *Acheron* pro inferis, *Bacchus* pro vino, *Ceres* pro frugibus, *Hyperion* pro sole, *Mars* pro bello, *Minerva* pro ingenio, *Venus* pro libidine. Deinde funditus sustulimus omnia dubia, incerta, falsa, adulterina. Quod in multis singulari solertia fecit Schellerus, id quoque, ut opinor, in omnibus, si major ei bonorum librorum copia fuisset, facturus. Postremo, cum, ut supra diximus, Lexicon, in quo labentis etiam sermonis Latini ratio habeatur, haud paullo plus damni, quam commodi, afferat juventuti, totam hanc faecem ejecimus, nulli omnino voci, nisi quae proba, et vere Latina sit, locum concedentes. Sic tandem tirones Lexicon habebunt, quod sine erroris periculo consulant, et unde nihil discant, quod, doctiores facti, dediscere velint.

Hic praefationis finem facere possemus. Sed ut intelligatur, Lexicographos non temere a nobis esse in multis reprehensos, age, brevi animadversionum specimine reprehensionem nostram confirmemus.

Adeptus. Multa quidem loca, quibus passiva hujus participii significatio confirmetur, in Lexicis [vi] affe-

afferuntur. Sed pleraque suspecta esse, bene judicat vir melioris Latinitatis peritissimus, Hieronymus Lagomarsinus ad Julii Pogiani Epist. T. IV. p. 167. Quod autem a Schellero dicitur, in Cicerone de Senect. 3. omnes fere codices habere, *eandem accusant adeptam*, id longe secus est. Nam idem Lagomarsinus, quo nemo plures Ciceronis codd. et editiones excussit, in iis magno consensu *adepti* legi testatur. Certior passiva vis est in Sallustio Cat. 7. & Jug. 101. ubi vide Cortium.

Adhibeo non est utor, ut in Lexicis, quae optimā putantur, traditur; sed admoveo, advoco, assumo. Ex quo intelligitur, nostros homines singulis prope paginis dicentes, *adhibere vocem, adhibere loquendi formulam*, parum Latine loqui.

Aër, ut Graecum ἀήρ (Erotianus Lexico Hippocr. in v.) ut cognatum *aura*, ut Belgicum *Lucht*, interdum de odore dicitur. Lucan. IV. 437. *odoratae metuentes aëra pennae*. X. 167. *externa nec perdidit aëra terra*. ubi vide Burmannum. Hanc vocis potestatem velut dubitans Facciolatus retulit, Schellerus prorsus omisit.

Annus saepe est annuus proventus, annona. Petronius Fragm. p. 682. *Grandine qui segetes et totum perdidit annum*. Lucan III. 70. *Effusis magnum Libye tulit imbris annum*. ubi vide Oudendorpium. Nihil de hac significatione, poëtis usitata, apud Schellerum.

Canifico.

Canifico. Huic verbo eleganter composito locus dandus erat in Lexicis. Vetus poëta apud Atilium p. 2691. 40. *Nec mare canificat, nec agit freta caerulea.* Sic legendum.

Casse. Hoc vocabulum, tanquam probum, pro *frustra*, affertur ex Livii XXIV. 26. loco corruptissimo, qui Gronovii et aliorum interpretum ingenia vehementer torsit: *aversis auribus animisque, casse ne tempus tereretur, ferrum quosdam expedientes cernebat.* Repone, quod sententiae vis postulat: *aversis auribus animisque, quasi tempus tereret, ferrum,* etc. *Quasi* ubi semel in *casse* abiisset, reliqua interpolata sunt, ut qualiscunque sensus efficeretur. Et *quasi* tam facile in *casse* mutatum est, quam apud eundem XXV. 3. *quassae naves in cassae naves,* praesertim si corruptela orta est tum, cum adhuc in Livio *quase* pro *quasi* legebatur. Hanc enim orthographiam Livio propriam fuisse, testis est Quinctilianus I. 7. p. 44. *Quassei* pro *quasi* saepe in lapidibus antiquis legi, docet Mazochius de Cam-[vii]pan. Amphith. p. 153. Certe *casse*, unde male pedem intulit, abeat.

Commodo. Jure negat Facciolatus Anim. crit. in Lexica p. 127. *commodare* a bonis scriptoribus usurpatum esse de pecunia, aliisque rebus, quae non redduntur eadem, et Plauti, Ciceronisque loca, quae praeter alios Burmannus attulit ad Phaedrum I. 17. 3. perperam huc trahi docet. Quam animadversionem, in ejusdem Lexico repetitam, ta-

metsi Schellerus legerat, tamen *commodare* sic accepit in Livio XXIII. 48. *ut reipublicae, ex qua crevissent, ad tempus commodarent.* At Dukerus pulchre vidit, hic quoque significare, ut reipublicae commodo consulerent.

Compleo, conficio. Caesar de B. C. III. 46. *his rebus completis, legiones reduci jussit.* Sic Lexica nostra. At Marklandus Explicat. Veter. Auct. p. 273. scribit: *his rebus confectis.* quod postulat perpetua Caesaris consuetudo.

Concurro. Exquisitior loquendi forma, *os concurrat*, in qua Burmannus ad Quinctil. XI. 3. p. 1025. haerebat, a Schellero minus recte iratis tribuitur, et *labra commordentur* explicatur. Rectius formulae vim tenuerunt Gesnerus ad Quinctil. X. 7. p. 528. et Facciolatus Anim. crit. in Lexica p. 134.

Cum. Nullo in Lexico annotatum reperi, quod M. A. Muretus pulchre monuit ad Catull. p. 864. praepositionem *cum* habere vim indignationis significandae. Plautus Epid. I. 1. 33. *Abi in malam rem maximam a me cum istac conditione.* Mostell. II. 2. 33. *Dii te deaeque omnes faxint cum isto omine.* Livius V. 27. *scelestus ipse cum scelesto munere venisti.*

Dexteritas. Videndum est, an hoc vocabulum, sicut Graecum *δεξιότης*, recte tribuatur ei, qui apte et solerter agit omnia. Equidem, cum nullum hujus potestatis exemplum apud bonos scriptores repererim, prope adducor, ut credam, Latinorum usum

dex-

dexteritas ad hanc unam partem flexisse, ut significaret *ingenium*, vel *artem ad promerendam omnium voluntatem*: quibus verbis Suetonius Tit. 1. eandem virtutem expressit. Livius XXVIII. 18. *Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modo, barbarum insuetumque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum, facunde alloquendo sibi conciliaret.* ubi mox, variata oratione, *dexteritatem* vocat *artem ad conciliandos animos*. Saepe igitur cum *comitas* et *humanitas* conjungitur.

Erroneus. Hanc vocem iis, qui nunc Latine scri- [viii] bunt, valde tritam, unus e bonis scriptoribus habet Columella VII. 12. *Maxime autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui.* Quid? si hic quoque cum melioribus scripserit: *nec erronei, sed assidui.*

Exarmo, dentibus et unguibus spolio, mansuetum reddo. Hic laudandus erat Manilius IV. 235. ex verissima Bentleji emendatione: *Exarmare tigres, rabiemque auferre leoni.* Sic etiam in libri margine corrigebat Hemsterhufius, miratus, Scaligerum, qui verbi *exarmare* elegantiam recte teneret, tamen vulgatum *exorare* praefere potuisse.

Excussabilis. Monstrum vocis, tanto minus in Lexica recipiendum, quod non ex editione aliqua veteri, sed ex mera Scaligeri conjectura obtrusum est Manilio II. 593. ubi Bentlejus omnium librorum lectio-

lectionem restituit: *Quantum onus invidiae non excusabile terris?*

Exoro. Nova et insolens vis huic verbo tribuitur ex Justino IX. 7. *ut Philippus aegre sit a filii caede amicorum precibus exoratus*, i. e. deterritus a filii caede. At si viri docti Variantes apud A. Gronovium inspexissent, vera lectio *revocatus*, quam vel sine Codicibus assequi facile erat, in eorum oculos incurrisset.

Expanditor. Plinius Paneg. 30. *Vagus ille expanditor amnis.* Quid caussae esse dicam; quare tam barbara vox in Lexicis relicta sit, cum in bonis libris recte legatur: *Vagus ille, cum expanditur, amnis.* Vide Swarzium ad h. l.

Exvelo. Propert. III. 13. 3. *Uti mihi praetextae pudor exvelatus amictu.* Sic a Scaligero editum est contra libros veteres, in quorum plerisque legitur, *est velatus*, quod nec ipsum explicari potest. Ego cum Laur. Santenio, viro in poëtis Latinis excellenter versato, non dubitarim legere: *Ut mihi praetextae pudor exsinuatus amictu.* Quod liquido confirmat imitatio incerti poëtae Anthol. Lat. T. I. p. 700. *Huic dum virgineus pudor exsinuatur amictu.* Certe *exvelo* e Latii finibus proscribendum.

Facio. Hic frustra quaesivi formulam Comicis usitatam, *factum alicui velle*, pro bene velle, favere.

[ix] Terent. Adelph. V. 7. 21. *cum te video nostrae familiae Tum ex animo factum velle.* Vim formulae ex-

planarunt

planarunt Casaubonus ad Appulej. Apolog. p. 166. Salmasius ad Tertullian. Pall. p. 120. in primis Gronovius ad Gell. VII. 3. quem si Schellerus adhibuisset, non, opinor, in Terentio *factum* pro *facere* positum v. *Volo* dixisset.

Fero. Neque hic, neque in vocibus *diço*, *nego*, *trado*, *voco*, ullam reperi explicationem poëticae rationis, qua *feror esse*, vel simpliciter *feror*, pro *sum*, et *negor esse*, vel simpliciter *negor*, pro *non sum* usurpatur. Eam loquendi formam multis exemplis planam fecit Marklandus ad Stat. Sylv. V. 1. 33.

* *Fru* in re amorum dicuntur, qui libidinem suam explent. Terent. Heaut. II. 3. 104. *datur. fruare, dum licet*. Vide Dukerum ad Florum IV. 11. 4. Par ratio est verbi *potiri*, quod exemplis illustrat Burmannus Secundus ad Anthol. Lat. T. 1. p. 273. De hac utriusque verbi potestate tacent Lexicographi.

Gratia. Vere monet Lagomarsinus ad Pogiani Epist. T. III. p. 305. Latinos semper dicere, *gratias agere*, at *gratiam referre*, *gratiam habere*, nisi si quando *referre* aut *habere* cum *agere* conjungitur, recteque adeo Lambinum in Cicerone Phil. III. 15. pro *gratiae referantur* scribere *gratia referatur*. Sic etiam Bentlejus in Terentio Andr. IV. 4. 31. pro *Dis pol habeo gratias* e Mss. edidit *gratiam*.

Humo. Piget me inanium in hoc verbo argutiarum, quas Schellerus jam bis prolatas in Praecept. stili

stili p. 761. et in observ. p. 312. hic rursus inculcavit. Negat vir doctissimus, etymon premens, *humare*, quod proprie est humo tegere, pro cremare dici. At Cicero et Nepos ajunt. Lutatius quoque ad Stat. Theb. IX. 299. *inhumatus* de non cremato accipit. Sed V.C. nesciebat fortasse, Latinos ita loqui imitatione Graecorum, quos inde ab Homero Od. M. 12. *θάπτειν*, quod est *humo tegere*, pro *cremare* frequentasse, vi exemplorum demonstrarunt T. Hemsterhusius ad Xenophont. Ephes. in Miscell. Observ. Vol. V. T. 1. p. 21. et P. Wesselingius ad Diodor. Sic. III. 55.

In. In hac praepositione illustranda fugit Lexicographorum diligentiam vis ea, qua pro instar ponitur. Anthol. Lat. T. I. p. 271. *Dicitur in nitidum procubuisse bovem.* Sic saepe Appulejus, ad [x] cujus L. III. p. 191. plura Oudendorpius. Eodem modo Graeci, non optimi illi quidem, sed certe satis boni loquebantur. Philostrat. de Vit. Sophist. II. 12. p. 593. *ἐς λέοντα θυμοῦται, καί ἐς σὺν ὄρμα.*

Inconcinntas affertur ex Suetonio Aug. 86. *vitatis sententiarum ineptiis, et inconcinntate.* At *concinntate* e Mss. quibus consentit Codex Santenii nostri, legunt Ernestus et Oudendorpius. Qua lectione nihil verius.

Indubitate. Hoc adverbium tribuitur Vellejo II. 60. Si Schellerus meam editionem inspexisset, in ea reperisset alia omnia.

Infirmus aliquando est timidus, et quoniam, ut
ex

ex infirmitate metus, sic ex metu religio, sive superstitio nascitur, etiam superstitiosus, *δεισιδαίμων*. Cujus potestatis explicationem in Lexicis desideramus. Horat. Sermon. I. 9. 70. *nulla mihi, inquam, Religio est. At mi: sum paulo infirmior.* Sic *imbecillus animus* dicitur a Cicerone de Divinat. II. 39. Apud Graecos frequens hoc sensu *ἀσθενής*, apud Gallos *des esprits foibles*.

Intentio. Plinius Paneg. 78. *haec nempe intentio tua, ut libertatem revoces.* Hic *intentionem* Schellerus explicat *studium* aut *voluntatem*. Bene, *studium, secus, voluntatem*. Haec enim vox semper ab idoneis scriptoribus de contentione et singulari studio, nunquam de consilio et voluntate, dicitur. Vide Swarzium ad Plin. l. c. et Facciolatum Anim. crit. in Lexica p. 240.

Lampada. Expungenda e Lexicis esse, quae pro forma *lampada* afferuntur, facile intelligat, qui Bentlejum ad Manil. I. §59. in consilium vocarit. Ceterum Santenius noster Manilii versum feliciter, quam Bentlejus, sic sanavit: *succedit, iniquo Divisum spatio, quod terna lampade dispar Conspicitur paribus.*

Liber. Cicero de Orat. II. 62. *quartum genus, obscoenitas, non solum non foro digna, sed vix convivio liberorum.* Hic *liberorum*, tanquam alienum, Ernestus delet, Schellerus mutat in *Lupercorum*: ut satis appareat, neutrum vocis vim cepisse. *Liber* est libere scortans, potans, dissolutus, perditus. Ipse Cicero Fragment. p. 1103. *convocata de hortulis*

stili p. 761. et in observ. p. 312. hic rursus inculcavit. Negat vir doctissimus, etymon premens, *humare*, quod proprie est humo tegere, pro cremare dici. At Cicero et Nepos ajunt. Lutatius quoque ad Stat. Theb. IX. 299. *inhumatus* de non cremato accipit. Sed V.C. nesciebat fortasse, Latinos ita loqui imitatione Graecorum, quos inde ab Homero Od. M. 12. *θάπτειν*, quod est *humo tegere*, pro *cremare* frequentasse, vi exemplorum demonstrarunt T. Hemsterhusius ad Xenophont. Ephes. in Miscell. Observ. Vol. V. T. 1. p. 21. et P. Wesselingius ad Diodor. Sic. III. 55.

In. In hac praepositione illustranda fugit Lexicographorum diligentiam vis ea, qua pro instar ponitur. Anthol. Lat. T. I. p. 271. *Dicitur in nitidum procubuisse bovem.* Sic saepe Appulejus, ad [x] cujus L. III. p. 191. plura Oudendorpius. Eodem modo Graeci, non optimi illi quidem, sed certe satis boni loquebantur. Philostrat. de Vit. Sophist. II. 12. p. 593. *ἐς λέοντα θυμοῦται, καί ἐς σὺν ὄρμα.*

Inconcinntas affertur ex Suetonio Aug. 86. *vitatis sententiarum ineptiis, et inconcinntate.* At *concinntate* e Mss. quibus consentit Codex Santeniî nostri, legunt Ernestus et Oudendorpius. Qua lectione nihil verius.

Indubitate. Hoc adverbium tribuitur Vellejo II. 60. Si Schellerus meam editionem inspexisset, in ea reperisset alia omnia.

Infirmus aliquando est timidus, et quoniam, ut
ex

catur *motibus*. Perperam. Nam *molimentis* legendum esse, in annotationibus nostris docuimus.

Modicellus. Apage vocem insolentem, quae nusquam legitur, nisi in mendoso loco Suetonii Neron. 45. ubi Oudendorpius, bonos libros secutus, bene edidit: *decubuit super lectum, modica culcita instratum*. Quem Ernestus in posteriore editione imitatus est.

Nescio a Poëtis exquisite usurpatur pro non sentio. Quae verbi vis Lexicographos fugit, Lucan. VII. 173. *sua quisque pericula nescit*. ubi vide Burmannum.

Nox pro clamore nocturno sumitur in Propertio, IV. 8. 60. *Omnia et insana semita nocte sonat*. Mirabile est, aliquem potuisse ad tam inauditam vocis notionem confugere, cum in promptu esset verissima lectio, Passeratii ingenio reperta: *Omnia et insana semita voce sonat*.

Nuptus. Nemo, qui eruditam animadversionem Drakenborchii ad Liv. I. 49. legerit, dubitare potest, [xii] quin rectum sit, *nuptum dare, collocare*, pravum, *nuptui dare, collocare*. Cur igitur vitiosa forma in Lexicis repetitur?

Numerus. Jure hic requiras notionem, poëtis usitatam, qua *numeri* pro *astronomia* ponuntur. Lucanus I. 640. *quam non stellarum Aegyptia Memphis Aequaret visu, numerisque moventibus astra*. Cujus loci sententia omnes interpretes fefellit. *Numeros moventes astra* intellige *astronomiam*, quae, *astrorum motus ad calculos* vocat, eorum motus tradit.

pertineret, penitus neglexerunt, nec cognovisse videntur, quod de summorum virorum sententia in Ti. Hemsterhusii Elogio p. 43. diximus, *Latinam linguam Graecae sic aptam et nexam esse, ut, qui alteram ab altera distrahat ac divellat, animi et corporis discidium inducere videatur.* Sed hic locus latius patet, quam ut paucis explicari possit.

Pellex. Ovidius Her. XIV. 95. *Illa Jovis magni pellex metuenda sorori.* Schellerus non aude[re] cernere, utrum *pellex* cum *Jovis*, an cum *sorori* conjungendum sit. Sed dudum Oudendorpius ad Sueton. Caesar. 49. sic locum construendum esse docuit: *Illa pellex metuenda Junoni, sorori Jovis magni.*

Pendeo. Hic praetermissa est significatio, qua, quae flaccida sunt et deficiunt, *pendere* dicuntur. Ovid. Met. XV. 231. *fluidos pendere lucertos.* Juvenal. Sat. X. 193. *Pendientesque genas et aniles aspice rugas.* Plinius H. N. XIV. 22. *Hinc pallor, et genae pendulae.*

Pereo. Notissimum est comicum *perii* in desperatione. Non item Lexicographis notum est, tanquam interjectio mirantis, aut dolentis, aut indignantis, eandem vim habens, quam Graecum τὸ δεινόν, et Latinum *malum*. Terent. Heaut. II. 1. 8. *Perii! is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora!* Hanc rationem primus bene explicuit Brunckius, vir elegantissimus, ad Aristophan. Lysistr. 921.

Perinde.

tradit. De hoc loquendi genere, quo quis facere dicitur, quod factum narrat, pulcherrima est animadversio Hemsterhusii ad Thomam Mag. p. 187. hunc etiam Luçani locum ceteris, quos laudavit, addituri, ut ipsum mihi narrare memini, si suum officium fecisset memoria. Ex eadem ratione explicandus est Ovidius Fast. III. 112. *Non illi coelo labentia signa movebant, Sed sua.* item Cinna Anthol. Lat. T. I. p. 441. *carmina, quibus ignes movimus aërios.* Neutro loco interpretes vim verbi *movere* satis ceperunt. Huc etiam pertinet Anthol. Lat. T. I. p. 51. *Uranie numeris scrutatur munera mundi,* ubi, ut id in transitu dicam, Burmannus Secundus *munera* minus bene in *moenia* mutabat. Nam Cicero quoque mundum *munus* vocat, Tuscul. Disput. I. 29. de Nat. Deor. I. 8. II. 35. translatione sumta ab aedificiis publicis, magnificis et visendis, quae Romanorum consuetudo *munera* appellabat. Vide Ernestum Clav. Cic. V. *Munus.*

Offendo. Schellerus, vulgarem interpretationem in Nepotis Cim. 4. secutus, *offensum fortuna* accipit de infelice. Multo verius is, qui tam praeclare de Nepote meritus est, J. M. Heusingerus explicat *casu obvium, fortuitu oblatum.*

Parvus. Hic requirimus explicationem Graecismi, quo *minor* pro victus ponitur, ut *ἥττω* apud Graecos. Horat. I. Ep. 10. 35. *Minor in certamine longo,* Sed Lexicographi nostri Graecorum cum Latinis comparationem, quasi nihil ad rem per-

pertineret, penitus neglexerunt, nec cognovisse videntur, quod de summorum virorum sententia in Ti. Hemsterhusii Elogio p. 43. diximus, *Latinam linguam Graecae sic aptam et nexam esse, ut, qui alteram ab altera distrahat ac divellat, animi et corporis discidium inducere videatur.* Sed hic locus latius patet, quam ut paucis explicari possit.

Pellex. Ovidius Her. XIV. 95. *Illa Jovis magni pellex metuenda sorori.* Schellerus non aude[n]t de-^[xi]cernere, utrum *pellex* cum *Jovis*, an cum *sorori* conjungendum sit. Sed dudum Oudendorpius ad Sueton. Caesar. 49. sic locum construendum esse docuit: *Illa pellex metuenda Junoni, sorori Jovis magni.*

Pendeo. Hic praetermissa est significatio, quae quae flaccida sunt et deficiunt, *pendere* dicuntur. Ovid. Met. XV. 231. *fluidos pendere lacertos.* Juvenal. Sat. X. 193. *Pendientesque genas et aniles aspice rugas.* Plinius H. N. XIV. 22. *Hinc pallor, et genae pendulae.*

Pereo. Notissimum est comicum *perii* in desperatione. Non item Lexicographis notum est, tanquam interjectio mirantis, aut dolentis, aut indignantis, eandem vim habens, quam Graecum τὸ δέϊνα, et Latinum *malum*. Terent. Heaut. II. 1. 8. *Perii! is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora!* Hanc rationem primus bene explicuit Brunckius, vir elegantissimus, ad Aristophan. Lysistr. 921.

Perinde.

72. *tu protinus, unde Divitias aerisque struam, dic, augur, acervos.*

Solvo. Dubitat Schellerus, utrumne verba Ovidii Ep. X. 78. *esset morte soluta fides*, de fide praestita capienda sint, an de fide rupta. Non dubitasset, opinor, si Dukerum ad Florum I. 1. 13, de hac locutione egregie disputantem legisset.

Turbator. Livius II. 16. *cum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur.* Qua locutione offensus Gronovius, *auctoribus belli* legendum coniecit. Gronovianam rationem probans Schellerus, tum non meminerat animadversionis eruditae, qua Ernestus Miscell. Lips. Vol. II. p. 496. docet, *turbatores belli* a Livio dici, qui turbis ciendis bellum commovent; eumque loquendi modum a Graeco fonte fluxisse. Nimirum ut apud Latinos *turbare*, sic *παράτλειν* apud Graecos est *turbando commovere* et simpliciter *concitare*. Ernestus uno defungitur loco Demosth. de Coron. p. 527. edit. Tayl. *ὡς δ' ἀπαξ ἐκ τούτων ἐγκλήματα καὶ πόλεμος πρὸς τοὺς Ἀμφισσειῶν ἐταράχθη.* Nos plura loca afferamus, ut haec forma tironibus crebritate exemplorum notior fiat. Plato Polit. VIII. p. 500. H. *τούτων πάντων ἔνεκα τυράννῳ αἰεὶ ἀνάγκη πόλεμον παράτλειν.* Dio Cass. LXIX. p. 1154. *τῷ μῆτε τινὰ πόλεμον ταραΐξει.* Eandem vim etiam in aliis locutionibus habet. Sophocles Antig. 793. *σὺ καὶ τόδε νεῖκος ἀνδρῶν ξύνκιμον ἔχεις ταραΐξας.* Euripid. Antiope apud Valckenaar. Diatr. in Euripid. cap. 8. p. 80. *ταράσσων μηδέν*

lectionem restituit: *Quantum onus invidiae non excusabile terris?*

Exoro. Nova et insolens vis huic verbo tribuitur ex Justino IX. 7. *ut Philippus aegre sit a filii caede amicorum precibus exoratus*, i. e. deterritus a filii caede. At si viri docti Variantes apud A. Gronovium inspexissent, vera lectio *revocatus*, quam vel sine Codicibus assequi facile erat, in eorum oculos incurrisset.

Expanditor. Plinius Paneg. 30. *Vagus ille expanditor amnis.* Quid caussae esse dicam; quare tam barbara vox in Lexicis relicta sit, cum in bonis libris recte legatur: *Vagus ille, cum expanditur, amnis.* Vide Swarzium ad h. l.

Exvelo. Propert. III. 13. 3. *Uti mihi praetextae pudor exvelatus amictu.* Sic a Scaligero editum est contra libros veteres, in quorum plerisque legitur, *est velatus*, quod nec ipsum explicari potest. Ego cum Laur. Santenio, viro in poëtis Latinis excellenter versato, non dubitarim legere: *Ut mihi praetextae pudor exsinuatus amictu.* Quod liquido confirmat imitatio incerti poëtae Anthol. Lat. T. I. p. 700. *Huic dum virgineus pudor exsinuatur amictu.* Certe *exvelo* e Latii finibus proscribendum.

Facio. Hic frustra quaesivi formulam Comiciis usitatam, *factum alicui velle*, pro bene velle, favere. [ix] Terent. Adelph. V. 7. 21. *cum te video nostrae familiae Tam ex animo factum velle.* Vim formulae explanarunt

planarunt Casaubonus ad Appulej. Apolog. p. 166. Salmasius ad Tertullian. Pall. p. 120. in primis Gronovius ad Gell. VII. 3. quem si Schellerus adhibuisset, non, opinor, in Terentio *factum* pro *facere* positum v. *Volo* dixisset.

Fero. Neque hic, neque in vocibus *diço*, *nego*, *trado*, *voco*, ullam reperi explicationem poëticae rationis, qua *feror esse*, vel simpliciter *feror*, pro *sum*, et *negor esse*, vel simpliciter *negor*, pro *non sum* usurpatur. Eam loquendi formam multis exemplis planam fecit Marklandus ad Stat. Sylv. V. 1. 33.

• *Frui* in re amorum dicuntur, qui libidinem suam explent. Terent. Heaut. II. 3. 104. *datur. fruare, dum licet*. Vide Dukerum ad Florum IV. 11. 4. Par ratio est verbi *potiri*, quod exemplis illustrat Burmannus Secundus ad Anthol. Lat. T. 1. p. 273. De hac utriusque verbi potestate tacent Lexicographi.

Gratia. Vere monet Lagomarsinus ad Pogiani Epist. T. III. p. 305. Latinos semper dicere, *gratias agere*, at *gratiam referre*, *gratiam habere*, nisi si quando *referre* aut *habere* cum *agere* conjungitur, recteque adeo Lambinum in Cicerone Phil. III. 15. pro *gratiae referantur* scribere *gratia referatur*. Sic etiam Bentlejus in Terentio Andr. IV. 4. 31. pro *Dis pol habeo gratias* e Mss. edidit *gratiam*.

Humo. Piget me inanium in hoc verbo argutiarum, quas Schellerus jam bis prolatas in Praecept. stili

CORRIGENDA.

legendum, Fundamenta; ii. 4. l. 1. Olympiodorus; 6. l. 18. Valentinianum; 8. 15. 8 l. c. consuetudo, qua; 9. l. 1. impetravit; 10. o. l. 1. PROCOPIUS; 12. l. ult. misit; 13. l. 13. anno; 14. l. 1. riam,—; 18. l. 6. Ὀυερῖος—13. Ὀυῶριχος; 18. l. 11. ἦ; 18. ὦ; 19. ἦ; 20 Γιζέριχος.

[C] P. 1. l. 7. beneficia; p. 7. l. 3. pro posses, Tum—f. posses; tum—ibid, l. 6. pro 398. f. 390. p. 8. l. 10. Virgil. l. 11. Censorin.

[F] P. 1. PRAEFATIO—transpone, De POSTULANDO, SIVE DE ADVOCATIS, in Titt. D. et Cod.

[H] P. 4. l. 13. pro *α* l. *ι*. Prioris editionis paginas, quae incogitans omisi, novae hujus margini adscribat, velim, candidus lector.

PP. 6. 7. l. 4. a calce, affige, [7], [8]. PP. 8, 9, 10, 11, 12, 13, 16, 17, 18. l. 6. a calce, [9] [10] [11] [12] [13] [14] [17] [19]. PP. 14, 15, 19, 20, 23, 24, l. 7. a calce, [15] [16] [20] [24] [25] PP, 21, 22. l. 8. a calce, [22] [23].

[H] P. 21. l. 4. a calce, pro ort l, ortu. p. 25. l. 15. pro conver l. conver—

[Φ] P. 10. l. 19. gratus; 12. 12. et 16. ἴνκα; 13. CAMILLI; 15. 10. duo,—λόγους; 16. 12. ἀκρίβειαι; 17. 13. RUHNKENIUM; 19. 13. defenderet; 29. 4. altera; 30. 9. ὑστέρω; 37. 19. ὦς.

[L] P. 20. l. 14. τῶ; 21. 5. l. Platonis (p. 93) 32. Platonis (132) ibid. l. 6. insere (135); 25. 8. παρ' ὃ; 13. ἴνα; 32. 5. λίθος; 9. ἐπὶ

[R] P. 5. l. 14. Eratosthenis.

[S] P. 2. l. 3. liceat; 10. l. induxerit; 19. ὑστιραία; 3. l. 15. ἐπίδοσιν; 4. ἐπίβδα.

[W] 1, l. 2. antiquitate; 2. l. 15. usus est; 1. 20. dignis—3. l. 22. περιπολιστικῆ; 26. περίπολις. 4. l. 11. Λακινία.

[Y] 5. l. 2. Μαγνήσα; 9. l. 3. υἱός.

[Z] P. 1. in marg. dele, [5].

[A] P. 20. l. 16. 28; 23. l. 20. ἄπ.—τούτ.—καὶ πόλ.; 24, ἴνκα; pro & reponere ubique et, et pro Ἐς. etc.

ex infirmitate metus, sic ex metu religio, sive superstitio nascitur, etiam superstitiosus, *δεισιδαίμων*. Cujus potestatis explicationem in Lexicis desideramus. Horat. Serm. I. 9. 70. *nulla mihi, inquam, Religio est. At mi: sum paulo infirmior.* Sic *imbecillus animus* dicitur a Cicerone de Divinat. II. 39. Apud Graecos frequens hoc sensu *ἀσθενής*, apud Gallos *des esprits foibles*.

Intentio. Plinius Paneg. 78. *haec nempe intentio tua, ut libertatem revoces.* Hic *intentionem* Schellerus explicat *studium* aut *voluntatem*. Bene, *studium, secus, voluntatem*. Haec enim vox semper ab idoneis scriptoribus de contentione et singulari studio, nunquam de consilio et voluntate, dicitur. Vide Swarzium ad Plin. l. c. et Facciolatum Anim. crit. in Lexica p. 240.

Lampada. Expungenda e Lexicis esse, quae pro forma *lampada* afferuntur, facile intelligat, qui Bentlejum ad Manil. I. §59. in consilium vocarit. Ceterum Santenius noster Manilii versum feliciter, quam Bentlejus, sic sanavit: *succedit, iniquo Divisum spatio, quod terna lampade dispar Conspicitur paribus.*

Liber. Cicero de Orat. II. 62. *quartum genus, obscenitas, non solum non foro digna, sed vix convivio liberorum.* Hic *liberorum*, tanquam alienum, Ernestus delet, Schellerus mutat in *Lupercorum*: ut satis appareat, neutrum vocis vim cepisse. *Liber* est libere scortans, potans, dissolutus, perditus. Ipse Cicero Fragment. p. 1103. *convocata de hortulis*

INDEX.

- Diogenes Laërtius, iv. 8. emend. M, 46, iv, 41. emend. O, 6.
 Diogenianus, L, 28, 9, 30, 1, 2, 3, 4.
 [Dionysii Thracis Lex. MS. ad Hesych. v. ἔγχεω.]
 Draco, *περὶ μέτρων* Praef. xx.
 Epigr. Gr. emend. W. 10.
 Eratosthenes emend. R, 5.
 Etymol. MS. Bibl. Reg. Paris.; Praef. xi. [Pro "ix." lege, *εείκ. et adde, αἰ* emend. R, 6. ἄρδις apud Ernest. Callim. cxxk. λαλαῖ λάσκω apud VALCK. ad Adon. p. 305.]
 Etymol. MS. Bibl. Ultraject. ibid.
 Etymol. MS. Leid. ibid [pro "ix." cxxix. et adde, Πηληιάδω apud Ernest. ad Callim. cccclii.]
 [Etymol. MS. olim D'ORVILL. v. Ἀναζυλοῦν apud VALCK. ad Adon. p. 334. a. R. vindic.]
 Etymol. Mag. emend. M. 41. R, 5. quibus adjiciam; emend. O, Ικκκvi, xcix. P, 228; V, 12, 317.
 Eudemus, Lex. Rhet. MS. Paris. Praef. xx.
 Grammatici inediti, penes R. praef. xvii, viii. L, 7.
 Harmenopulus MS. ad Hesych, v. μίλιον.
 Harpocratio emend. K, 31; *addam*, O, 41.
 Heliodorus, praef. 21, 2. Cf. VALCK. ad Herodot. 465, 14 b.
 Herenqius Comment. MS. ad Aristot.; praef. xxi.
 Hermias in Platonem; praef. xxi. [l. 6. post "268." adde, apud Ernest. ad Callim. Fr. xi:—apud VALCK. in Diatr. ad Eur. 157.]
 Hermippus, L, 17.
 Herodianus MS. praef. xx. L, 22.
 Herodorus, L, 25.
 Hesiodi sec. Athenaeum κῆρυκος γάμος R, 4.
 Hesychii Epitomator, L, 11. 13. 16, 7. 23. 32, 3.
 Hesychii epistola ad Eulogium, L, 11, 13. 16.
 Hesychiani Lexici titulus L, 14: [in Praef. P. xxxii. dele ἀγαλμητόν· ἀδαιίκελον· ἀδιστονον.]
 Justinus emend. A, 14.
 Lex. MS. in Bibl. Regia; praef. xii. [*adde—ἀρτίως apud Ernest. ad Callim. ccccliii. διωμένη ibid. li. κῆρτις ad Callim. h. in Jov. 8.*
 Lex. Rhet. MS.: praef. xvi, vii. [*adde, κικώσιως apud Luxac. in Exerc. Acad. p. 82. παρ' ἵππον καὶ κόρη apud Ernest. ad Callim. cccclvii. et sic digere, ἱπιβ. ἱπιστ. ἱπιτιτ. P. xxix. pro ἀναπιπτομήνοι l. ἀναπιπτωκότες· ἀνθιστηριάδας· ἀρνάδας· ἀστραπή δι' ἄριματος· et insere in loco suo, βρίκος.*]
 Lex. Sangerm. MS.: praef. xviii, ix. [*adde—et ἀλλοφάσειν· ἄρθρον ad Hesych.—leg. ἀκολουθοῦντε—386. ἀπαρτί· in suo loco insere, ἀγῆς apud T. H. ad Eur. Bacch. 651. in Musg. Ex. in Eur. 85: et distingue ΓΗΛΑΤΗΣ.*]
 [Lex. vetus MS. apud VALCK. ad Adon. p. 316. v. Γραῦς.]
 Libanius, K, 28; emend. O, 112.
 Livius emend. Cc. 11.

catur *motibus*. Perperam. Nam *molimentis* legendum esse, in annotationibus nostris docuimus.

Modicellus. Apage vocem insolentem, quae nusquam legitur, nisi in mendoso loco Suetonii Neron. 45. ubi Oudendorpius, bonos libros secutus, bene edidit: *decubuit super lectum, modica culcita instratum*. Quem Ernestus in posteriore editione imitatus est.

Nescio a Poëtis exquisite usurpatur pro non sentio. Quae verbi vis Lexicographos fugit, Lucan. VII. 173. *sua quisque pericula nescit*. ubi vide Burmannum.

Nox pro clamore nocturno sumitur in Propertio, IV. 8. 60. *Omnia et insana semita nocte sonat*. Mirabile est, aliquem potuisse ad tam inauditam vocis notionem confugere, cum in promptu esset verissima lectio, Passeratii ingenio reperta: *Omnia et, insana semita voce sonat*.

Nuptus. Nemo, qui eruditam animadversionem Drakenborchii ad Liv. I. 49. legerit, dubitare potest, [xii] quin rectum sit, *nuptum dare, collocare, pravum, nuptui dare, collocare*. Cur igitur vitiosa forma in Lexicis repetitur?

Numerus. Jure hic requiras notionem, poëtis usitatam, qua *numeri* pro *astronomia* ponuntur. Lucanus I. 640. *quam non stellarum Aegyptia Memphis Aequaret visu, numerisque moventibus astra*. Cujus loci sententia omnes interpretes fefellit. *Numeros moventes astra* intellige *astronomiam*, quae, *astrorum motus ad calculos vocat, eorum motus* tradit.

INDEX.

201. emend. M, 39. ad Aves, 1354. emend. O, lxxxviii.
- MS. Demosth. K, 40. [Schol. MS. ad Æschinis or. c. Timarch, penes T.H. apud Ernest. ad Callim. cccclvii.]
- [MS. Dionysii Per. apud Ernest. ad Callim. ccccxli, ii. iii, iv, v, vi, vii, viii. ad Orphica Gesneriana, p. 411 bis.]
- [MS. Dionysii Thracis, qui "ad verbum descripsit Apollonium Dyscolum Grammatica inedita," apud Ernest. ad Callim cccxv. ccccliv, v. cccclxi, T. H.]
- MS. Cod. Paris. ad Theocritum apud VALCK. ad Theogon. 991. emend. L, 19.
- MS. Cod. Vossian. ad Il. L, 20, 1. 24, 5. Cod. 2766. Bibl. Regiæ ad Il. L, 22, 24, 5, Cod. Lips. ad Il. 28.
- MS. Gregor. Nazianz. apud Montfauc. L, 28. Platonis nuper editus, L, 21 (p. 93); 32 bis (pp. 138, 135.): in O, T, V, Dd, octies nobis occurrere recordamur; et in Gg, centum septuaginta et novies; sex locis eum desideramus: plus minus quinquagies addere liceat; in Brunckii Fragment. Soph. bis; et totidem in Lex. Soph.
- Scholion in Thucyd. emend. K, 10.
- Selencus, L, 17.
- Siceliotæ (Jo.) comment. MS. in Hermogenem; Praef. xxi.
- Socrates, H, 15, 6, 7. 24.
- Stobæi Eclogarum Codex Vossianus Σ. Cf. apud Koën. ad Greg. 113.
- Suetonius emend. A, 16.
- Suidas emend. K, 41. L, 20; *adjungam*, O, xlii, lxxii, vi. lxxxiv. o, 33. 40; not. R. 3, 4. emend. Gg, 167.
- Symmachus, L, 17.
- Syrianus; praef. xxi.
- Terentius sermonem suum Romanae consuetudini accommodat M, 47.
- Theo; v. Didymus.
- Timarchus in Homer. L, 22.
- Trypho, *περὶ τρόπων* praef. xx.
- Tzetzes Scholiis MSS. praef. xxi.
- Ulpianus in Demosth. emend. M, 56.
- Xenoph. Hellen. K, 28. * [Vide *Wyttenbach. ad Xenoph. inter selec. princ. Hist. Gr. p. 403. Mihi liceat Plutarchi locum de Theramene laudare levi negotio reformandum: Θηραμένης—εἰς δυσγενεῖαν ὡς ξένος, ἔκ Κίω λιλοιδόρηται,—Vit. Niciae, p. 382. ed. Froben. cf. Aristoph. Ran. 970.]*
- Zenob. emend. R, 6.
- Zonaras Lexico MS. praef. xx.
- Zosimus emend. A, 20 (a), cf. 16 (r).

pertineret, penitus neglexerunt, nec cognovisse videntur, quod de summorum virorum sententia in Ti. Hemsterhusii Elogio p. 43. diximus, *Latinam linguam Graecae sic aptam et nexam esse, ut, qui alteram ab altera distrahat ac divellat, animi et corporis discidium inducere videatur.* Sed hic locus latius patet, quam ut paucis explicari possit.

Pellex. Ovidius Her. XIV. 95. *Illa Jovis magni pellex metuenda sorori.* Schellerus non aude[n]t discernere, utrum *pellex* cum *Jovis*, an cum *sorori* conjungendum sit. Sed dudum Oudendorpius ad Sueton. Caesar. 49. sic locum construendum esse docuit: *Illa pellex metuenda Junoni, sorori Jovis magni.*

Pendeo. Hic praetermissa est significatio, quae quae flaccida sunt et deficiunt, *pendere* dicuntur. Ovid. Met. XV. 231. *fluidos pendere lacertos.* Juvenal. Sat. X. 193. *Pendientesque genas et aniles aspice rugas.* Plinius H. N. XIV. 22. *Hinc pallor, et genae pendulae.*

Pereo. Notissimum est comicum *perii* in desperatione. Non item Lexicographis notum est, tanquam interjectio mirantis, aut dolentis, aut indignantis, eandem vim habens, quam Graecum τὸ δέϊνα, et Latinum *malum*. Terent. Heaut. II. 1. 8. *Perii! is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora!* Hanc rationem primus bene explicuit Brunckius, vir elegantissimus, ad Aristophan. Lysistr. 921.

Perinde.

INDEX.

Santenius, μ , 12, 18. ρ . A, 14.

SCALIGERUS (Jos.) 1, 7, 23.

Schellerus, A, 2, 7, 8, 9, 10, 12, 15, 16, 17, 20, 21, 23.

Schottus, μ , 7, 8, 9, 12.

Schraderus, Y, 3. A, 22.

Thomasius (Jac.) μ , 10, 11, 12.

Tollius (Jac.) L, 7.

Toupius, praef. xxxvii, viii. xli, ii.

Tumermanus (J. A.) μ , 9.

Tunstallus, A, 5.

TYRWHITTUS, xli. lxi—viii.

VALCKENAERIUS, L, 13.

Valesius (Henr.) A, 9 (I).

Velserus, μ , 7, 8, 9, 12.

Vir quidam doctissimus (f. Augustinus Staveren), 1, 26.

Wesselingus, A, 38 (I). A, 16.

INDEX NOMINUM

ET

RERUM MEMORABILIVM.

- Æ**DIFICANDI leges, H, 27, 8.
Ἀπαρούρια, S, 2. cf. *Schol. ad Plat.*, 49, 201,
Apollonius Pergaeus, H, 24.
Archimedes, H, 23, 4, 5, 6, 7.
Archytas Tarentinus, H, 26.
Arithmetica, H, 22.
Askew, C, 13.
Astronomia, H, 22, 24—26.
BACO Verulamius, 20.
* Bencius (Fr.) μ , 14.
Bentink (Comes Guil.), 1, 18.
Boerhavius, H, 29.
Bossueti et Fenelonii eloquentia, 1, 22.
Brissonius (B.) R. curae commissus, C, 1.
Bullialdus (Ism.), H, 24.
Calepinus, A, 6.
Corvinus (Pseudo), A, 6.
Cornarii (Jan.) *Eclogae*; in priori Timaei editione ne semel quidem nominatae, Gg, 79 98. 115, 27, 49, 52, 75, 7. 219, 29, 53, 79. [Huic adde, *Alexandrum rhet.*, *Eustratium*, seu potius *Aspasium*, *Menandrum rhet.*]
Cornelius cum Sophocle, 1, 22.
Cotta (Joan.), A, 12.
Cujacius, F.
Democritus, H, 26.
DIONYSIA simpliciter, vel per eminentiam dicta, sunt *urbana et majora*, M, 10, 11. cf. Lenaeum.
Diophantus Alexandrinus, H, 23.
Doctor Umbraticus, H, 18.
Euclides, 23.
Flaminius, μ , 12. Freeman, C, 13.
GALLA PLACIDIA nata Theodosio M. e Galla (Justinæ filia) posteriore ejus uxore A, 16. cum Honorio in Italiam venit, 17.
Eucherius nuptias ejus ambit 18, 23. Serenam Stilichonis conjugem esse necandam P. censuit, 20, 23. Alaricus P. obsidis

‡ b

INDEX.

- dis loco secum reduxit 22. Ataulphus P. sibi despondit, 25. P. praeclare de Roma merita, ibid. P. uxorem Narbonae accepit, 29, 30. Cf. Gibbon. iii. 252, 3. Palatium Gothorum, 31. Theodosius P. filius, 33, 4. Ataulphus fraude cujusdam Dobbii interiit, 35. Singerichus in P. saeviit, 36. P. Honorio reddita, 37. Constantius P. matrimonio decoratus, 39. Justa Grata Honoria in lucem a P. edita, 41. Valentinianus P. filius 43, 4. P. *Augustali* honore, Valentinianus *Nobilissimi* titulo, insignitus 45. iterum, ii. 5. Constantius e vita discedit, 46. memoria C. vetustis monumentis conservata, 48. P. Constantinopolin ad Theodosium facessere jussit Honorius, ii, 4. H. debitum naturae reddidit, 5. Joannes sibi principatum arrogat 5. perit, 6. V. Caesarea veste ornatus, ibid. purpura indutus, renunciatusque *Augustus*, 7. Summa rerum ad P. redit. 8. P. ex perditis Honoriae moribus vulnus accepit, 14. Sepositis imperii curis ad conservandam religionis veritatem operam navavit, 15. anno 453. Romae acquievit, 16. Genealogia Valentiniani M. 18, 9.
- Gallicae gentis elegantior sexus I, 17.
- Gallus (Pseudo-) Λ, 6.
- Glossae Herodoteae, L, 33, 4, *ἰστοῶν*.
- Glossae Homericae, Ἄβιοι, L, 18. ἀλιῶτες, 27. αἴσαι, ibid. ἀπητη, 23. ἀμφοῦδις, 21: ἀπὸ βηλοῦ, 17: ἀνδοάνας, 24: Ἄρσεια, 21: βιβριθῦναι, 24: διψιον Ἄρτος, 21, 2; ἔμπυτο, 24: ἰταυθοῖ, 22: ἴτριψιν, 19 [at uncinis versum exemit BENTLEIUS]: κερδαλιόφρων, 18: Οἶακας, 33: πτηῆξι, 23: σφιδανῶν, 24, 5: τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴση, 20: τυμβοχοῆσ', 23: ὑπέριπτε, ibid.
- Grotii exemplar Stobaei Serm. K, 44.
- Harpocratonis exemplar tritum manibus Xylandri, Sylburgii, Fabri, Heinsii, et Rutgersii, C, 4.
- Heinecciana Juris historia a Rittero illustrata, C, 14.
- Hipparchus, H, 25.
- Hippocrates, H, 28, 9,
- Horatius, I, 17.
- Huetius, 23.
- Humanitatis studia, H, 29.
- Lanaea eadem fuerunt quae Anthesteria 8. et in Lenaeone sive Anthesterione celebrata sunt, 6—8. Πιθοίβια undecimo, Χόες duodecimo, Χύτροι decimo tertio, Ἀθηναῖα f. decimo, aut decime sunt τὰ quarto, 9.
- Lenaeum fuit ambitus septus in urbe M, 4—6. a Ἀθηναίοις diversa sunt τὰ κατ' αἰσρούς Διονύσια 2—4.
- Lexica—de scriptorum delectu a Lexicographis neglecto, Λ, 2—6
- Lexicon justum et omnibus numeris expletum, 6, 7. de significationibus πολυσήμων digereendis, ibid.
- Leges xii, Tabularum, H, 18.

INDEX.

- Literae Graecae a Latinis non divellendae, sed ab illis ad hae
gradus faciendi : utinam haec ratio privatim frequentetur !**, 8:
Cf. Elog. Hemsterh. 43. ed. nov.
- Manutius (Paulus)** μ , 1, 2.
- Mechanica**, H, 26, 7.
- Metaphysice vetus recentiori cedere nescit**, H, 11, 12.—**Leibni-
tium**, inter omnes constat, de veterum Metaphysica,
Platonis imprimis, et sensisse honorifice, et dixisse,
13. [in Metaphysica quae vera certaque sint, et in
quibus firme consistere possis, apud veteres SE
(HEMSTERHUSIUM) reperisse omnia dicebat.
Elog. T. H. 35.)
- Molierus**, l, 22.
- Molsa**, μ , 22.
- Montesquieuusius**, H, 19. 1, 20.
- * **Origines Orientales**, W, 10.
- Passeratius**, A, 19.
- Pediantismi vitium**, I, 12.
- * **Perpinianus (P. J.)** μ , 5.
- Philolaus**, H, 24.
- Physices inventa**, H, 21.
- Ptolomaeus (Cl.)** 24.
- Pythagoras et ejus familia**, H, 9, 15, 17, 24.
- Racinius cum Euripide**, l, 22.
- Recanatus (Jo. Bapt.)** μ , 9.
- Schultingii Jurisprudentiam Ante-Justineanam edendi laborem
suscepit Ritterus**, C, 14.
- Solo**, H, 17.
- Tertullianus**, A, 3, 4.
- Thales Milesius**, H, 10, 12.

FINIS.



